filiis eius insidiaretur et imperium illis nefarie adimeret: addiditque persuadendi causa, nihil indecens aut inopinatum facturos, quinetiam non modice filiis profuturos, si quid humanitus ipsis accidisset. Neminem enim praescire diem ultimum, praesertim ipsos, semper bellis cum periculo distentos: et posse utrumque eorum in eodem praelio occumbere: male curatos relinqui filios, qui nec sibi ipsis propter aetatis imbecillitatem ferre opem poterunt: nec habituri sint, qui eos sincere ac legitime tueatur. Imperator reniti, quod pius esset animi putaretque convenire magis in omnipotenti dextera salutem filiorum reponere, quam ad ficulneum auxilium humana cogitatione inventum respicere: intelligeret praeterea, a superioribus imperatoribus similia excogitata fuisse, nec profuisse. Et adiungebat, aut Deum ab alto salutarem manum extendentem aut potentiam sibi bene cupientium, devictis adversariis, eorum ad iniuriam inferendam impetus repressuram. Iuramenta et vincula et quaecumque huius generis nihil perterritura eos, qui ex alienis incommodis sua comparare commoda statuerint. Idcirco abstinendum hoc negotio, ut non solum ipsis inutili, sed ceteris etiam non mediocriter nocituro, utpote praeter poenas ob rapinam debitas

A.C. 1341 χοῦσαν βλάβην δυναμένης προξενεῖν, οἷα δὴ πρὸς τῷ δίκας τῆς ἁρπαγῆς ὀφείλειν καὶ κεχωρισμένοις ἀπὸ θεοῦ. ὁ μέγας δὲ δο-
P. 352 μέστικος οὐκ ἀνίη βιαζόμενος, ἀλλ' ἐδεῖτο τῶν μὲν τοιούτων λόγων ἀποσχέσθαι, αὐτῷ δὲ πείθεσθαι, ὡς λυσιτελοῦντα καὶ δίκαια βουλευομένῳ. καὶ ἔπεισέ γε βιασάμενος, οὐδ' οὕτω μὲν πεπεισμένον, ὡς λυσιτελῆ τὰ πραττόμενα εἴη, ἀλλὰ τῆς ἐξαρχῆς ἐχόμενον γνώμης, διὰ δὲ τὸ δοκεῖν ἐκείνῳ λυσιτελεῖν καὶ ἄκοντα πεπεισμένον. καὶ τὸν πατριάρχην μετακαλεσάμενος καὶ ὅσοι τῶν ἀρχιερέων ἐν Βυζαντίῳ τότε παρῆσαν, καὶ ὅσα ἦν εἰκὸς διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πράγματος καὶ τὴν γνώμην φανερὰν ποιήσας, ὡς αὐτῷ μὲν οὔτε ἀναγκαῖον, οὔτε λυσιτελὲς δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, (οὐ γὰρ ἐπισχήσει τὰς ὁρμὰς τῶν ἐπιβούλων·) ὡς ἂν δὲ μὴ δοκοίη τοῖς σφετέροις μόνοις πεί-
B θεσθαι λογισμοῖς, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις συμβουλεύουσι παραχωρεῖν αὐτόν τε πεπεῖσθαι καὶ σφίσιν ἐπιτρέπειν, ἐκέλευε τὸν ἀφορισμὸν κατὰ τῶν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοῖς παισὶν ἀδίκως ἐπιθησομένων ἐκφωνεῖν. καὶ ἐτελεῖτο παρὰ πατριάρχου, ᾗ προσέταττεν ὁ βασιλεύς. διὰ ταῦτα δὴ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὁ πατριάρχης ᾠήθη δεῖν, οἷα δὴ τῶν βασιλέως παίδων φύλαξ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ ὁ τοῦ βασιλέως παῖς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ἔτι νήπιος ἦν, ἄρτι παιδικῆς ἡμμένος ἡλικίας, (ἔτη γὰρ ἦν γεγονὼς ἐννέα·) ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ τὴν βασιλείαν συνδιασώζειν τῷ νέῳ βασιλεῖ. καὶ ἥπτετό γε αὐτῶν, λανθάνειν ἐπιχειρῶν ὡς μάλιστα ἐνῆν καὶ κατὰ μικρὸν ἐμβιβάζων ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀρ-

6. πεπεισμένων P.

etiam diris precibus a divina coniunctione seclusis. Magnus domesticus instare, rogareque huiusmodi verbis parceret; sibi utiliter ac iuste consulenti pareret. Et importunitate, quod voluit, effecit, non ita tamen, ut profuturum crederet imperator, si fieret; verum anticipatae opinioni suae affixus, quoniam ille profuturum censebat, in speciem assensus est: accersitoque patriarcha cum episcopis quotquot Byzantii versabantur, et quae decebat de re locutus; declarata insuper palam sententia sua, sibi quidem rem neque necessariam, neque conducibilem videri (non enim cohiberi posse insidiatorum cupidinem) tamen ne existimetur suo tantum iudicio obsequi, sed aliorum quoque consiliis cedere, et manus dare et rem illis committere. Proinde anathema in eos dicant, qui se mortuo filios eius per scelus adorirentur. Patriarcha iussa complet; et hac nimirum de causa post eius obitum oportere se tamquam filiorum tutorem (et praesertim, quia Ioannes imperator admodum puer adhuc, novem dumtaxat annos natus erat,) gubernationem attingere et adolescentulo imperatori imperium conservare existimavit. Ac suscepit quidem ille rem publicam, paulatimque semet in

χήν. ἐδεδίει γὰρ γενέσθαι φανερὸς ἀντιπολιτευόμενος τῷ με- A.C. 1341
γάλῳ δομεστίκῳ. καὶ ἄλλα τε ἔπραττεν, ἃ οὐκ ἦν αὐτῷ ἀρέ- C
σκειν, καὶ ἑταιρείαν ἐκ τῶν συγκλητικῶν συνίστα καὶ ἔπει-
θε πολλαῖς ὑποσχέσεσιν αὐτῷ συμπράττειν, ὡς τὰ μέγιστα εὖ
ποιήσων, εἰ αὐτῷ προσγένοιτο τῶν πραγμάτων ἡ ἀρχή. καὶ
διηνεκῶς διέτριβεν ἐν βασιλείοις, νυκτὸς μόνης καὶ ταύτης
μέσης οἴκαδε ἀναχωρῶν. ἐξ ὧν ὁ μέγας δομέστικος κατα-
στοχαζόμενος τῆς τοῦ πατριάρχου διανοίας, ἄλλως τε καί τι-
νων τῶν κοινωνούντων αὐτῷ τῶν ἀποῤῥήτων ἀπαγγελλόντων
τῶν γινομένων τὴν αἰτίαν, ἐδυσχέραινε μὲν ὡς εἰκὸς καὶ δι'
ὀργῆς τὰ πραττόμενα ἐποιεῖτο, ὅμως δὲ ἔφερε σιγῇ, ἀποσκο-
πῶν ὅποι τελευτήσει ἡ διάνοια αὐτῷ. μεταξὺ δὲ τούτων
γινομένων συμβέβηκέ τι καὶ ἄλλο, ὃ οὐ μετρίως καθήψατο D
τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου ψυχῆς. ὁ γὰρ τῶν Μυσῶν βα-
σιλεὺς Ἀλέξανδρος πρεσβείαν πέμψας πρὸς βασιλίδα καὶ
Ῥωμαίους, τὸν παρ' αὐτοῖς διατρίβοντα φυγάδα ᾔτει Σίσμα-
νον τὸν τοῦ παρὰ Μυσοῖς προβεβασιλευκότος Μιχαήλ· ὃς
δὴ γεγένητο αὐτῷ ἐκ τῆς Στεφάνου τοῦ τῶν Τριβαλῶν ἄρ-
χοντος ἀδελφῆς, ἡ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἦρξε Μυσίας.
πρότερον γὰρ ἐκβεβλημένη ὑπ' ἐκείνου ἦν ἔτι περιόντος καὶ
τῇ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου συνοικοῦντος ἀδελφῇ. ἐπεὶ
δὲ μετ' ὀλίγον ὑπὸ τῶν δυνατωτάτων ἐπιβουλευθεῖσα, πάλιν
ἐξεβλήθη τῆς ἀρχῆς, ἡ μὲν τὸν ἕτερον ἔχουσα τῶν υἱῶν Ἰω-
άννην, πρὸς Κράλην ἐπανῆκε τὸν ἀδελφόν, Σίσμανος δὲ ὁ P. 353

13. μετρίως οὐ P.

principatum intrudens, latere studuit quam maxime potuit; quod metueret, ne magni domestici aemulum se esse in regenda re pub. palam constaret. Et cum alia ei inimica faciebat, tum sodalitium ex aulicis proceribus conflabat, multaque amplissima beneficia promittebat, si ipsis administris rerum principatum adipisceretur. Praeterea totos dies et ad medias noctes in palatio haerebat. Hinc magnus domesticus eius cogitata olfaciens, et imprimis a nonnullis, quibuscum patriarcha arcana sua communicabat, de causa molitionum istarum certior factus, merito indigne ferebat et irascebatur. Silebat nihilo minus et quo demum res erumperet, observabat. Inter haec aliud quiddam evenit, quod eius animum non leviter pupugit. Nam Moesorum rex Alexander per legatos ab imperatrice et Romanis Sismanum exulem Byzantii degentem petebat, Michaelis, cui successerat, ex Stephani Triballorum principis sorore filium: quae a marito, superinducta sorore Andronici iunioris, eiecta, post eius interitum in Moesia regnaverat: nec multo post potentissimorum factione rursum pulsa regno, cum Ioanne e filiis altero ad Cralem fratrem se receperat. Sismanus alter filius ad Scythas exu-

A.C. 1341 λοιποὺς τῶν παίδων, εἰς Σκύθας ᾤχετο φυγάς. ὃς δὴ παρ'
ἐκείνοις διατρίψας οὐκ ὀλίγον, ὕστερον Ῥωμαίοις ἑκοντὶ προσ-
ῆλθε μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν. τοῦτον δὴ Ἀλέξανδρος
ᾐτεῖτο πέμψας, ὡς πολεμιώτατον αὐτῷ. ἔφασκέ τε δυοῖν θά-
τερον, ἢ παραδοῦναι Σίσμανον ἐπὶ θανάτῳ ἢ παρασκευά-
V. 287 ζεσθαι πρὸς πόλεμον, ὡς οὐκ ἐνὸν αὐτὸν εἶναι φίλον καὶ
σύμμαχον Ῥωμαίοις, τοῦ πολεμιωτάτου τρεφομένου παρ' αὐ-
τοῖς. ἔπεμπέ τε καὶ τοὺς ὅρκους, οἳ πρὸς βασιλέως Ἀνδρο-
νίκου πρὸς αὐτὸν ἦσαν ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ γεγενημένοι. ἡ μὲν οὖν
Ἀλεξάνδρου πρεσβεία τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. ἔδει δὲ τὴν σύγ-
κλητον συνελθοῦσαν βουλεύσασθαι ἅμα βασιλίδι, εἰ δέον ἢ
B τὸν αὐτόμολον παραδιδόναι ἢ πόλεμον ἄρασθαι πρὸς Μυσοὺς
ὑπὲρ αὐτοῦ. οἱ μὲν οὖν συνῆλθον ἐν βασιλείοις. συμπαρῆν
δ' αὐτοῖς καὶ δομέστικος ὁ μέγας ἅμα πατριάρχῃ. προτε-
θείσης δὲ τῆς βουλῆς ἐπ' ἐκκλησίας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες
ἡσυχίαν ἦγον πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἀποβλέποντες, ὅ,
τι ἂν βουλεύσαιτο περὶ τῶν προκειμένων· Χοῦμνος δὲ Γεώρ-
γιος, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἀμαθῶς καὶ θρασέως πρίν τι φθέγ-
ξασθαί τινα „γέγραπται", εἶπεν „ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ ἀποκαλυφθῇ,
σιγάτω ὁ πρῶτος. ἂν οὖν καὶ ἡμῶν τινι τῶν δοκούντων
ἐσχάτων εἶναι βέλτιόν τι περὶ ὧν νυνὶ βουλευόμεθα εἰπεῖν
ἐξῇ, ἀνάγκη τὸν πρῶτον στέργειν." ἐταράχθη μὲν οὖν εὐ-
C θὺς ὁ μέγας δομέστικος ἐπὶ τῷ λόγῳ πρὸς τὴν θρασύτητα

latum abierat: nec longo tempore ibidem exacto, post mortem imperatoris ad Romanos sponte confugerat. Hunc igitur Alexander ut teterrimum hostem suum postulabat et alterutrius optionem dabat: ut aut Sismanum sibi iugulandum dederent, aut se ad arma compararent; haud enim Romanis amicum ac socium esse posse, quamdiu illi hostem suum apud se alerent: simulque iuramentum mittebat, quo se ipsi Andronicus pacis causa obstrinxerat. Legatio Alexandri ita se habuit. Oportebat vero convenire optimates et cum Augusta deliberare, fasne esset perfugam tradere, an pro eo bellum contra Moesos suscipere. Convenitur in palatio: adsunt item magnus domesticus et patriarcha: quaestio movetur. Ibi aliis omnibus in magnum domesticum ora atque oculos cum silentio convertentibus eiusque super re proposita sententiam expectantibus, Georgius Chumnus mensae praefectus inscite et audacter, priusquam ab ullo verbum audiretur, Scriptum est, inquit, *si postremo revelatum fuerit, primus taceat.* Ergo si alicui nostrum, qui videmur esse postremi, melius aliquid in illis, de quibus nunc est inducta deliberatio, loqui licuerit, necesse erit primum boni consulere. Percussit illico et indignatione commovit magnum domesticum tam proterva et impudens oratio. Sed quia aut imperatricem aut pa-

καὶ ἀναίδειαν τοῦ ἀνδρὸς ἀγανακτῶν. οἰόμενος δὲ τὴν βα- A.C. 1341
σιλίδα ἢ τὸν πατριάρχην (οὗτος γὰρ ἤδη προΐστατο τῆς βου-
λῆς,) πρὸς ὀργὴν τὸν Χοῦμνον ἀπελάσειν τοῦ βουλευτηρίου
ἢ λόγοις ἐπιπλήξειν τῆς ἀκαίρου γλωσσαλγίας, ἤνεγκε σιγῇ.
ὡς δὲ μήτε παρ' ἐκείνων ἐλέγετο τῶν δεόντων τι, ἔτι μᾶλλον
ἐταράττετο, τεκμήριον ἐναργὲς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας τιθέμε-
νος τὸν λόγον, εἰ πᾶσιν ἐξέσται τοῖς μείζοσι προσκρούειν ἀδε-
ῶς. Τορνίκης δὲ Δημήτριος οὐκ ἐνεγκὼν τὴν ἀτοπίαν, „τί
οὖν;" εἶπε „δημοκρατίαν χρὴ ποιεῖν τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν,
ἵν' ἐξῇ παντί τῳ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν, ἅττα ἂν δοκῇ, καὶ περὶ
μειζόνων καὶ ἐλαττόνων πραγμάτων, καὶ ἀνάγκην προστιθέ-
ναι τοῖς βελτίοσι στέργειν τὰ ἐψηφισμένα. καὶ ποίαν ἀτοπίας D
ἂν ὑπερβολὴν ἐλλίποι τὸ τοιοῦτον;" ὡρμημένων τε ἤδη περὶ
τῶν τοιούτων ἀλλήλοις ἀντιλέγειν, ἐπέσχεν ἡ βασιλίς, τῶν
ἀκαίρων ἀποσχέσθαι κελεύουσα λόγων τουτωνὶ καὶ ἀναγκαίων
πέρι διαλέγεσθαι. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὑποκρινάμενος τὸν
στόμαχον ἀλγεῖν, ἐπλάττετό τε στρέφεσθαι τὰ ἔνδον καὶ
ἐσιώπα, ὡς μηδὲ φθέγγεσθαι δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος.
οἱ δὲ ἀτάκτως ἐθορύβουν, ἕκαστος τὸ προσιστάμενον βουλό-
μενος κυροῦν. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον δεῖν Σίσμανον διασώζειν, P. 354
ἱκέτην τῆς Ῥωμαίων βασιλείας γεγενημένον, καὶ μὴ καταπροδι-
δόναι, εἰ δεῖ τι καὶ τῶν δυσχερῶν ὑπομένειν δι' αὐτόν. οἱ
δὲ τὴν χώραν μᾶλλον καὶ τὰ οἰκεῖα διασώζειν καὶ μὴ βαρ-

17. ἔπλαττε τότε P.

triarcham (ille enim consilio praesidebat) iratos e curia hominem exacturos, aut verbis saltem de istac tam intempestiva linguae petulantia obiurgaturos sperabat, ad contumeliam tacuit. Cum autem illi contra ne mutirent quidem (quod minime decebat) maior eum perturbatio incessit, pro manifesto confusionis et anarchiae habentem indicio, si in quemvis e maioribus libere insultare liceret. Demetrius autem Tornicius insolentiam non ferens, Quid hoc rei? inquit, ad democratiamne Romanum imperium redigemus, ut unicuique fas sit consulere ac dicere pro libidine aeque in gravioribus ut in levioribus, et prudentioribus sua decreta approbandi necessitatem imponere? Quid tandem hoc stolidius fieri queat? Cumque iam inter se altercari inciperent, imperatrix se interponens, eos cohibuit hortata, ut, istiusmodi sermonibus alienis omissis, de necessariis dissererent. Magnus domesticus dolorem stomachi et tormina simulare silereque, ac si cruciatus ille sibi vocem eriperet. Illi immodeste mutuum obstrepere, dum quisque propositum confirmare nititur. Quidam enim Sismanum Romani imperii supplicem conservandum, non prodendum asserebant, etiamsi eius causa quippiam durius patiendum foret. Alii magis regionem et propria servanda tuendaque, nec propter fugitivum barbarum in praevisa peri-

A.C. 1341 βάρου ἕνεκα φυγάδος εἰς προὖπτον κίνδυνον ἐμβάλλειν σφᾶς αὐτούς. καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἀντέλεγον πρὸς ἀλλήλους καὶ βοῆς τὰ βασίλεια ἐπλήρουν, πάντων ἐθελόντων γνώμας καὶ ψηφίσματα προτείνειν ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων. ὡς δὲ ἐπιπλέον ἡ φιλονεικία παρετείνετο καὶ ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις ἦσαν, ὁ πατριάρχης ὡς δή τι μέγα καὶ θαυμάσιον βεβουλευμένος „ἐμοὶ δοκεῖν" ἔφη „Σίσμανον πρὸς τὸν τῆς τοῦ B θεοῦ Σοφίας νεὼν καταφυγεῖν. ἀσυλίᾳ δὲ αὐτοῦ τετιμημένου ὑπὸ πάντων, ὅσοι Ῥωμαίων ἐβασίλευσαν, ἐξεῖναι καὶ ἡμῖν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν πρὸς τοὺς Ἀλεξάνδρου θέσθαι πρεσβευτάς, ὡς οὐκ ἐξὸν ἀποσπάσαντας τὸν ἱκέτην τοῦ θεοῦ παραδιδόναι πρὸς σφαγήν, μάλιστα πάντων τοῦτο ἄγος ἐναγέστατον καὶ παρὰ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν Ῥωμαίων νομιζόμενον." οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν παρόντων ἐξεθείασαν τὴν βουλήν, ὡς ἀρίστην καὶ συνετωτάτην καὶ δυναμένην μάλιστα ἀπράκτους ἀποπέμψαι τοὺς Ἀλεξάνδρου πρεσβευτάς, V. 288 συνορῶντας ἤδη καὶ αὐτοὺς τὴν τοῦ πράγματος ἀνάγκην. τοῦ μεγάλου δὲ δομεστίκου φθεγγομένου μηδέν, ἡ βασιλὶς πρῶτα C μὲν κατεμέμφετο τὴν ἀκαιρίαν τῆς νόσου, ἐφ' οὕτως ἀναγκαίου καιροῦ καὶ δεομένου βουλῆς γεγενημένην· ἔπειτα δὲ ἔλεγε πρὸς αὐτόν, ὡς, εἰ μὲν καὶ αὐτῷ εὖ ἔχειν ἡ τοῦ πατριάρχου δοκεῖ βουλή, ὥσπερ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις συνέδοξε καὶ αὐτῇ, ἐπινεῦσαι ὡς καλῶς ἔχουσι τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῦτο ἐπιθέσθαι πέρας τῇ βουλῇ. εἰ δέ τι βέλτιον αὐτῷ καὶ

9. ἡμῖν em. ED. P., ὑμῖν P. et M.

cula sponte incurrendum. His atque similibus verbis concertantes, palatium clamoribus implebant, cunctis ad communem utilitatem sententias et placita sua in medium afferre sagatentibus. Cumque sententiarum contentio ingravesceret, patriarcha, quasi nimirum nescio quid magnum et admirabile consulturus, Mea opinione, inquit, Sismano in aedem Sophiae transfugiendum est: quam cum ab omnibus imperatoribus asyli iure honoratam constet, licebit et nobis honestum Alexandri legatis responsum reddere; nefas fuisse nobis Dei supplicem abstrahere et aliis interficiendum transdere; quando id in scelere omnium impurissimo a Romanis semper numeratum sit. Multi igitur praesentes consilium hoc in caelum ferebant optimumque ac prudentissimum et ad legatos Alexandri, ut qui iam ipsi quoque recusationis necessitudinem perspicerent, re imperfecta dimittendos, longe oportunissimum iudicabant. Tacente magno domestico, Augusta primum de morbi eius importunitate, tempore tam ancipiti et consilio egente, querebatur. Deinde admonebat, si placeret ei patriarchae ratio, quomodo aliis ac sibi placuisset, vultu annueret, atque ita dicta confirmaret et consultationi finem daret.

λυσιτελέστερον ἕτερον δοκεῖ, τὸ νῦν μὲν εἶναι διὰ τὴν αὑτοῦ A.C. 1341 νόσον τὸν σύλλογον διαλύειν, αὖθις δὲ ῥαΐσαντος, βουλεύσεσθαι περὶ τῶν αὐτῶν. ὁ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν, „δοκεῖτέ μοι" ἔφη „μὴ περὶ ὧν βουλεύεσθε, τὴν ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ νῦν ὑμῖν ἡ σκέψις περὶ λόγων εὐπροσώπων, ἀλλὰ εἴτε χρὴ τὰ κελευόμενα ὑπ' Ἀλεξάνδρου πράττειν, εἴτε πολεμεῖν αὐτῷ. ὑμεῖς δὲ περὶ ὧν προὔθεσθε βουλεύεσθαι ἀφέντες, D περὶ νομίμων καὶ δικαίων τῶν παρὰ Ῥωμαίοις διαλέγεσθε, ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ Ἀλέξανδρον ὁ καταναγκάσων ἦν τοῖς Ῥωμαίων νόμοις πείθεσθαι. ὁ δ' ἴσως ἐρεῖ, ὡς οὐκ ἐμοὶ, ἀλλὰ Ῥωμαίοις οἱ νόμοι οὗτοι κεῖνται· ἐμοὶ δὲ εἷς νόμος ἐκ παντὸς τρόπου τὰ συνοίσοντα ἐμοὶ ζητεῖν. ὑμῖν δὲ εἰ καὶ Σίσμανον ἔξεστι τοῖς ἀσύλοις κατακρύπτειν ἱεροῖς, ἀλλ' οὐ δήπου καὶ πόλεις καὶ κώμας κατακρύψετε ἐν τοῖς τοιούτοις, οὐδὲ βοῶν ἀγέλας καὶ ποίμνια προβάτων καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν τὴν ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἐξ ὧν ἐμοὶ τῆς ἀδικίας ἐξέσται P. 355 κομίζεσθαι ποινάς. πρὸς οὖν τὰ τοιαῦτα χρὴ βουλεύεσθαι, οὐ πρὸς ἀπολογίας εὐπροσώπους. ἐγὼ δὲ ὀλίγου δεῖν νυνὶ μέμφομαι καὶ ἐμαυτῷ, ὅτι καὶ ὁπωσοῦν εἰς τοιουτουσὶ προήχθην λόγους. εἴρηται γὰρ ἐξαρχῆς καὶ ἐπεψηφίσθη γε ὑπὸ πάντων, ἐπεὶ μηδεὶς ἀντεῖπε μηδέν· ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ τι ἀποκαλυφθῇ, σιγᾷν τὸν πρῶτον. εἰ δὴ μὴ τῷ ἐν ἐσχάτοις τετα-

3. δοκεῖ τέ P. 5. ἡμῖν P. 8. διαλέγεσθαι P. 10. δι' ἴσως P. 16. τοῖς pro τῆς P.

Sin quid aliud melius et utilius haberet, se in praesentia propter eius tentationem valetudinis concilium dimissuram: ubi se ex illa recreasset, de iisdem denuo acturos. Domesticus paulum se colligens, Videmini mihi, ait, non respondere ad ea, de quibus ventum est in consilium. Non enim nunc de sermonibus honesta specie confictis quaeritur, sed num, quae Alexander postulat, concedenda, an potius armis cum eo depugnandum sit. Vos autem posthabita consultationis materia, de iure institutisque Romanorum disputatis: perinde ac si esset, qui Alexandrum posset etiam cogere ad obtemperandum Romanorum legibus. Qui dicet fortasse, non mihi, sed Romanis hae leges praescribuntur: ego unam hanc legem agnosco, omni ratione mea commoda persequi. Quamquam autem vobis in sacris asylis Sismanum licet abscondere, urbes tamen et castella in iis abscondere non licet; neque armenta boum et greges ovium ceterasque in agris facultates, ex quibus mihi poenas iniuriae persolvetis. Huc itaque, non ad speciosas rationes accomodanda est vobis deliberatio. Ego vero, parum abest, quin me ipsum accusem; qui nescio quomodo ad haec dicenda prolapsus sum. Dictum est enim ab initio et ratum ab omnibus habitum (nemo siquidem contradixit prorsus): si quid

A.C. 1341 γμένῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ πρώτῳ καὶ μάλιστα ἐξάρχοντι τοῦ βουλευτηρίου τοιαῦτα ἔδοξε καὶ ὑμῖν ἐπεψηφίσθη γε τοῖς πᾶσιν ὡς λυσιτελῆ, προσῆκε στέργειν καὶ αὐτὸν καὶ περαιτέρω πολυπραγμονεῖν μηδέν." τῆς βασιλίδος δὲ ἐναγούσης μάλιστα B καὶ ἐπισπωμένης πρὸς τοὺς λόγους, „οὐδὲ τὰ τοιαῦτα καίτοι γε ὀλίγα ὄντα ἑκὼν εἶναι ἐφθεγξάμην." πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα εὐθὺς ὁ πατριάρχης αἰτίας ἀπολύων ἑαυτὸν, „ἀλλ' ἐγὼ" εἶπε „πρῶτος καὶ αὐτὸς μηδὲν εἶναι πρὸς τὰ ζητούμενα τὴν βουλὴν ὁμολογῶ. οὐ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ περὶ εὐλόγων καὶ μὴ τοιούτων ἀποκρίσεων μελήσειν, ἀλλ' ὅπως ὃ προὔθετο ἐξαρχῆς, εἰς πέρας, εἰ δύναιτο, ἀγάγῃ. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς οὐ πρὸς λόγους, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο φημὶ βουλευτέον εἶναι." τὰ ἴσα δὲ εὐθὺς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιψηφισαμένων πάντων, ἐπεὶ ὁ μέγας δομέστικος ἀνέστη, καὶ οἱ ἄλλοι συνανέστησαν καὶ ὁ C σύλλογος διελύθη. ὁρῶν δὲ καὶ πρότερον ἐφιέμενον ὁ μέγας δομέστικος τὸν πατριάρχην τῆς ἀρχῆς τῶν πραγμάτων, καὶ μήτε βίᾳ βουλόμενος τὴν ἐπιχείρησιν ἐπέχειν, (οὐ γὰρ ἠβούλετο ἀκουσίων ἄρχειν, ἀλλὰ πολὺ μάλιστα βουλομένων καὶ χάριν εἰδότων τῆς ἀρχῆς,) ἄλλως τε καὶ δεδοικὼς, μὴ καὶ πρόφασις ἐκ τούτου στάσεως ἀναφυῇ καὶ πολέμου ἐμφυλίου, ἐξ ὧν ὡς εἰκὸς διαφθαρησομένην συνεώρα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, καὶ παντὸς οἰόμενος θανάτου ἐπαχθέστερον τὴν αἰτίαν τῶν δεινῶν παρασχεῖν αὐτός· (διὸ οὐδὲ βασιλέως ἔτι

postremo revelatum sit, ut primus taceat. Atqui si non inter postremos collocato, sed et primo et curiae longe principi talia visa sint et a vobis universis confirmata pro utilibus, par est me ipsum quoque boni consulere et ultra nihil curiose perscrutari. Hic cum imperatrix eum ad porro dicendum enixius impelleret ac perurgeret, Nec ista, inquit, tametsi pauca, libens protuli. Tum patriarcha haec vera sentiens, statim ut se culpa liberaret, ego primus, inquit, etiam ipse fateor, consultationem nostram nihil ad ea facere, quae in quaestionem adducuntur. Non enim Alexandrum curaturum, cum ratione an secus ei respondeatur: sed quomodo ab initio sibi proposita ad finem perducat, si possit. Quocirca et ipse non de verbis, sed de illo alio consilia agitanda sentio. Aliis omnibus protinus adstipulantibus, et post magnum domesticum consurrectione facta, conventus est solutus. Ceterum iam ante cernens magnus domesticus, patriarcham ad imperium affectare viam, et conatum eius vi reprimere nolens (haud enim invitis, sed cupidissimis et de imperio sibi gratias habentibus imperare cupiebat) praeterea timens, ne qua inde seditionis bellique civilis occasio nasceretur, e quibus verisimile erat collapsurum Romanum imperium: et omni morte horribilius arbitratus, tantis aerumnis sese originem et caput esse:

περιόντος, καίτοι πολλὰ πολλάκις παρακεκληκότος, ἠθέλησε A.C. 1341
γενέσθαι βασιλεύς,) ἐσκέπτετο μὲν καὶ πρότερον τὴν ἡγεμο- V. 289
νίαν ἀποθέσθαι καὶ ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν, D
ὅπερ ἔφην, τοῦ φθορᾶς αὐτὸς αἴτιος Ῥωμαίοις καταστῆναι
πᾶν ὁτιοῦν ἀνεκτότερον νομίζων. ὡς δὲ καὶ κατὰ τὸν σύλ-
λογον αὐθαδῶς καὶ θρασέως τοῦ Χούμνου πρὸς αὐτὸν διει-
λεγμένου, (μάλιστα γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν λόγον ἀποτείνεσθαι
ᾠήθη, πάντων τῶν τότε Ῥωμαίων καὶ νομιζόμενον καὶ ὄντα
πρῶτον,) οὐδεὶς ἐπετίμησεν, οὐδὲ ἐμέμψατο τῆς ἀκαίρου
παῤῥησίας, ὥσπερ ἀρχὴν νομίσας στάσεως ἐμφυλίου τὸ τοι-
οῦτον, θᾶττον ἢ ἐβούλετο ὥρμητο ἀπαγορεύειν τὴν ἀρχήν.

γ'. Μετὰ γοῦν τὸν σύλλογον εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπεὶ P. 356
καὶ αὐτὸς καὶ πατριάρχης παρῆσαν ἐν βασιλείοις, πρὸς βα-
σιλίδα ἐχρῆτο μηνυτῇ καὶ τοιαῦτα αὐτῇ ἐδήλου δι' αὐτοῦ,
ὡς, εἴπερ ἦν αἵρεσις αὐτῷ προτεθῆναι ἐκ θεοῦ, (αὐτὸς δ' ἂν
εἴη τῶν λεγομένων μάρτυς, ὡς ἀληθῆ,) βασιλέα μὲν ἐν ζῶσιν
εἶναι, αὐτὸν δ' ἐκείνου τὸν θάνατον ἀνθελέσθαι, ἁπάσαις B
ψήφοις καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ προείλετο ἂν αὐτὸς
ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ἐκεῖνον ζῆν. ἐπεὶ δὲ τῷ μέτρα καὶ ζωῆς
καὶ τελευτῆς ἑκάστῳ ταλαντεύοντι τοῦτον ἔδοξε τὸν τρόπον,
ἐκείνῳ μὲν ὁμολογεῖν προσῆκον χάριτας τῆς περὶ ἡμᾶς σοφῆς
οἰκονομίας, αὐτοὺς δὲ ἕκαστον ὅ,τι ἂν εἴη αὐτῷ τε προσῆκον
καὶ λυσιτελὲς σκοπεῖν. ὃ δὴ κἀμοὶ σκεψαμένῳ περὶ ἐμαυτοῦ,

13. βασιλέα P. 17. αὐτὸν δι' ἐκείνου P.

unde nec imperatore adhuc superstite, quamvis multis saepe ab eo precibus fatigatus, purpuram induere sustinuit: cogitaverat quidem prius dignitate ultro abire et reliquum vitae curis et negotiis vacuum decurrere, quod, ut modo dicebamus, quidvis tolerabilius duceret, quam Romanis a se pestem evenire. Verum ut Chumnum in consessu superbe et impudenter se perstringentem (ad se enim potissimum eius maledictum pertinere censebat, omnium tunc Romanorum et opinione et re praecipuum,) nullus de intempestiva libertate increpuit aut accusavit, hoc ipsum civilis seditionis exordium fore ratus, citius quam volebat, potestate se abdicandi desiderio captus est.

3. Ergo die proxime sequenti cum ipse et patriarcha essent in palatio, per eum imperatrici haec renuntiat. Si fuisset a Deo in eius relictum arbitrio (ipso teste, vera se dicere,) utrum mallet imperatorem quidem vivere, se autem pro illo vitam ponere, quasi omnibus punctis omnique studio et alacritate praeoptaturum fuisse mori, ut illi vivere diutius concederetur. Quoniam vero Deo unicuique sua fata dispensanti ita placuisset, aequum esse eidem ut sapientissimo rerum nostrarum statori, gratias agere et hominum quemlibet pro se, quid sibi conveniens utileque sit, circumspicere. Hoc

A.C. 1341 ἔδοξε δεῖν τῶν μὲν πραγμάτων ἀποσχέσθαι· συνεῖναι δὲ τὸν
ἐπίλοιπον ἀπραγμοσύνῃ βίον, ὅπως ἂν δύνωμαι, διάγοντα κατ'
ἐμαυτόν. οὕτω δὴ δόξαν, ἤδη καὶ σοὶ κατάδηλον ποιῶ." τοῦ
C πατριάρχου δὲ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτῷ τοι-
αῦτα πρὸς τὴν βασιλίδα παρέστη λέγειν, καὶ πρότερον μὲν
ἔφασκε τοὺς τοιούτους στρέφειν λογισμοὺς καὶ ἀναγκαῖον
οἴεσθαι ἀφίστασθαι τῶν πραγμάτων. ὃ δέ με τάχιον ἀνέ-
πεισε τὴν βουλὴν ἀνακαλύπτειν, οὐδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ ὅτι
τῇ προτεραίᾳ κατὰ τὸν σύλλογον ἀκαίρως τοῦ Χούμνου καὶ
ἀνοήτως παῤῥησιασαμένου καὶ ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ ἀποκαλυφθῇ,
σιγάτω ὁ πρῶτος φαμένου, οὔθ' ἡ βασιλὶς οὔτ' αὐτὸς ἠγα-
νακτήσατε πρὸς τὴν ἀναισχυντίαν, οὐδὲ δίκην ἔδωκε τῆς ἀνο-
ήτου γλωσσαλγίας, ἀλλ' ἐφησυχάσατε τοῖς λεγομένοις, ὥσπερ
εἰρημένου μηδενὸς καινοῦ." ὁ πατριάρχης δὲ „εἰ μὲν καί τις
ἄλλη πρὸς τοὺς τοιούτους" ἔλεγε „λόγους ἤγαγεν αἰτία, αὐ-
τὸς ἂν εἰδείης. εἰ δ' αὐτοῦ τούτου ἕνεκα μόνου παροξυνθεὶς,
D ὀργῇ φερόμενος πρὸς ἐμέ τε καὶ τὴν βασιλίδα, ἀφίστασθαι
τῆς διοικήσεως ἔγνως τῶν κοινῶν, οὔτε δίκαια ποιεῖς, οὔτε
προσήκοντα σαυτῷ. ἐγώ τε γὰρ ἰσχυρίζομαι τουτωνὶ τῶν
λόγων μὴ ἀκηκοέναι παντελῶς· καὶ δίκαιος εἶναι ἀξιῶ πι-
στεύεσθαι παρὰ σοί· οἴομαι δὲ καὶ τὴν βασιλίδα τὰ ἴσα ἐμοὶ
ἐρεῖν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἤνεγκε σιγῇ, εἰ ἀκοῦσαί τε συνέβαινε
V. 290 τῶν λόγων καὶ πρὸς σὲ εἰρῆσθαι οἰηθῆναι. διό σου καὶ δέο-

se sibi iam praestitisse visumque rerum administratione cedendum, et quod superest aevi, sibi, quoad fieri possit, soli viventem, in curarum vacuitate consumendum. Huius suae voluntatis eam esse ignaram noluisse. Sciscitante autem patriarcha causam, quid ei in mentem venisset, talem ad Augustam mittere nuntium, respondit: pridem se istas cogitationes volvere et abdicationem rectionis sibi necessariam arbitrari. Quod vero eum ad meditata citius patefacienda incitarit, non esse aliud, quam quod pridie Chumnus in conventu importune et insipienter ac sine fronte illud effutiverit, *si postremo revelatum sit, taceat primus*: quam impudentiam nec imperatrix, nec ipse patriarcha aegre tulerit, nec maledicentiam istam puniverit, sed perinde ac si nihil diceretur novi, in dicto istoc conquieverint. Excepit patriarcha. Num alia praeterea res te commoverit, ut hoc diceres, tu nosti: si propter hoc solum exacerbatus, mihi et imperatrici tantopere irasceris, ut rei publicae regendae munus abiicere constitueris, nec iuste, nec ex tua dignitate facis. Nam ego me verba illa Chumni omnino non audivisse, tibi confirmare possum: et mihi fidem haberi aequum est: putoque imperatricem eadem mecum confessuram. Haud enim vocem tenuisset, si audivisset et te tactum credidisset. Quare te oro quaesoque, uti verbis

μαι τῶν πρὸς τὴν βασιλίδα λόγων ἀποσχέσθαι, οὐ φαύλην A.C. 1341
τινὰ ἐσομένων ἐπιθήκην τῶν κακῶν. ὁ δ' οὐκ ἀνίη, ἀλλ' P. 357
ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν, νῦν μὲν, φάσκων, τὸν λόγον μόνον
ἐκεῖνον τὸν ποιήσαντα τὴν ταραχὴν, ἴσως δέ τινα καὶ ἄλλα
ἔχειν ἀνέκφορα ἐν τῇ ψυχῇ. αὐτίκα μὲν οὖν ὁ πατριάρχης
ἐποίει τὰ κεκελευσμένα καὶ τῇ βασιλίδι ἀπήγγειλεν, ὅσα ὁ
μέγας δομέστικος πρὸς αὐτὸν διαλεχθείη. ἡ δὲ ἐλπίδος τε
ἔξω καὶ πέρα προσδοκίας λόγους ταῖς ἀκοαῖς εἰσδεξαμένη,
ἠνιᾶτο μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ἐξεπέπληκτο δὲ, ὅ,τι τὸ τὸν
μέγαν δομέστικον πεῖσαν, τοιαῦτά τε ἐνθυμηθῆναι καὶ πρὸς
αὐτὴν εἰπεῖν. ὅμως ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, ἀντεμήνυεν αὐτῷ, μὴ
παντάπασιν αὐτῷ προσήκειν τοὺς τοιούτους λόγους, οὐδὲ τῆς B
αὐτοῦ διανοίας ἀξίους εἶναι, οὐδὲ τῆς πρὸς βασιλέα φιλίας,
ἣν ἐκ παίδων ἄχρι καὶ εἰς τόδε χρόνου ἀλλήλοις διετηρήσατε
ἄδολον καὶ καθαράν. διὸ οὐδὲ πείθεσθαι οἵα τε εἰμὶ, ὡς παρα-
φρονοῦντος ἕνεκα ἀνθρώπου προήχθης εἰς τοσοῦτον καὶ ὀργῆς
καὶ λύπης. ἐγὼ δὲ μήτ' ἀκηκοέναι τοῦ ἀνθρώπου λέγοντος
ὁμολογῶ, μήτ' εἰ καὶ συνέβαινε πυθέσθαι, προὔργου ποιή-
σασθαι κολάζειν τὸν εἰπόντα. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς σὺ ἐλάττω
δύναμιν ἔχεις ἢ ἐγὼ, κολάζειν τε τοὺς προσκρούοντας καὶ
συγγνώμην παρέχειν, ἂν ἐθέλῃς. εἰ μὲν οὖν ἐκείνων ἕνεκα
τῶν λόγων μόνον ἀγανακτεῖς, παρὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἢ παρ'
ἐμοῦ προσήκει λαμβάνειν δίκας. εἰ δὲ καί τινος ἑτέρου δέῃ, C

talibus ad eam supersedeas, quae praesentibus malis non parvo additamento futura sunt. Ille non se flectere, et instare, ut imperatrici nuntius iret: nunc quidem illud verbum solum esse, quod turbas concitaret; fortasse autem alia quosdam inclusa habere in pectore, quae prodere nolint. Statim igitur patriarcha ad imperatricem refert, quae a magno domestico acceperit, et iussa efficit. Quae tam insperatos et inexspectatos sermones auribus hauriens, contristatur et ad stuporem miratur, quid eum ad haec cogitanda et sibi eloquenda perpulerit. Tamen ut se collegit, ei vicissim nuntiari iubet: Nulla ratione haec ipsum loqui decere; neque eius ingenio, neque amore illo, quo se ipse et imperator mutuo dilexerint, quemque a pueritia usque ad hoc tempus purum sincerumque conservarint, digna esse. Quocirca se credere etiam non posse, eum propter hominem fatuum eo iracundiae aegritudinisque processisse. Deinde se nec audisse quid diceret; nec si audire contigisset, operae pretium censuram fuisse, hominem multare, quando ipsemet non minorem quam ipsa, et puniendi, a quibus offensus sit, et ignoscendi, si velit, auctoritatem habeat. Quamobrem si propter illud verbum dumtaxat indignaretur, a semetipso magis, quam ab illa poenas sumere convenire. Si quo alio sibi opus sit, quod ipsa

A.C. 1341 ὅπερ ἄχρι νῦν ἄγνωστον ἐμοὶ, λέγειν θαῤῥοῦντα, ὡς παρ' ἐμοὶ δύσκολον ἐσόμενον μηδὲν, ὅπερ ἂν σοι κατὰ γνώμην ᾖ, εἰ μὴ πάντῃ τῶν ἀδυνατωτάτων εἴη." τοιαῦτα μὲν ἡ βασιλὶς πρὸς τοὺς τοῦ μεγάλου δομεστίκου λόγους ἀπεκρίνατο. ὁ δ' ἔφασκεν, αὐτόν τε παντάπασιν ἠγνοηκέναι τὴν δύναμιν τῶν λόγων τῶν αὐτοῦ, καὶ βασιλίδα τὴν διάνοιαν τῶν γινομένων μάλιστα ὡς ποῤῥωτάτω ἔχειν. ἵνα δὲ αὐτός τε εἰδῇς καὶ βασιλίδι φράσῃς, ὡς δίκαια διανοοῦμαι, ὡς ἔχω περὶ τῶν πραγμάτων ἄκουσον. τὴν μὲν ἐμοῦ τε καὶ βασιλέως ἐκείνου πρὸς ἀλλήλους ἐκ παίδων ἀκροτάτην φιλίαν σύ τ' ἂν ἀγνοοίης, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ ἡ βασιλὶς πρὸς τὴν οἰκείαν διατρίβουσα. D ὅσα μέντοι γε πρὸς βασιλέα τὸν πάππον, πολέμου καὶ ἀρχομένου καὶ τελευτῶντος, ὅτε τῶν ἄλλων ἁπάντων πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ὑποστάντων τὰς μεταβολὰς, πάντων ἀντιτεταγμένων, σχεδὸν εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν συνηλάθη, αὐτῷ προθύμως συνηγωνισάμην, μήτε σώματος φειδόμενος, μήτε χρημάτων, μήτ' ἄλλου τῶν οἰκείων μηδενὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα ἐπείγουσι τῶν καιρῶν καὶ δεομένοις γνησίων φίλων, πάντα ἐγινόμην αὐτῷ καὶ τῶν δεόντων ἐνέλιπον οὐδὲν, καὶ μετὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἐγκρατῆ γενέσθαι, ὅσα τε πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, καὶ Ἕλληνας λέγω καὶ βαρβάρους, καὶ πρὸς τοὺς
P. 358 ἔνδον ἐπιβούλους, ὥσπερ ἄλλος ὢν αὐτὸς, καὶ συγκατειργαζόμην καὶ συνδιέφερον αὐτῷ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ πόνους καὶ

6. γιγνομένων P. 11. οἰκίαν P. et M. 12. πρὸς τὸν ante πρὸς add. P. πόλεμον P. et M.

usque nunc ignoret, cum fiducia aperiat: nihil fore, in quo eius animo non libenter gratificatura sit, nisi multo maxime ad praestandum impossibile fuerit. Sic imperatrix magno domestico respondendum curavit. Qui ad patriarcham: Et tu penitus vim verborum meorum ignoras, inquit, et Augusta a cogitatione eorum, quae fiunt, abest longissime. Ut autem et tu scias, et illi exponas, quam non iniqua in corde meo versem: audi, quis sit meus de re publica sensus. Meam cum defuncto imperatore a pueris perfectissimam amicitiam, et te nescire credibile est; et imperatrix in patria adhuc degens, nosse qui potuit? Quod vero ad bellum contra avum et inceptum et finitum attinet, quando reliquis omnibus multum et varie immutatis omnibusque adversantibus, in extremas fere difficultates devenit, quam promtus ei adiutor extiterim, nec corpori meo, nec pecuniis, nec alii cuipiam rerum mearum parcens; sed temporibus miseris et amicos germanos requirentibus, omnia ei factus sim, nullumque officium praetermiserim; et postquam rerum summam obtinuit, quantum ad externos hostes, Graecos inquam et barbaros, et ad domesticos insidiatores attinet, quomodo ego tamquam alter ille ei collaborarim, et cum eo ac pro eo multa

κινδύνους, (ἐῶ γὰρ λέγειν τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, ὡς A.C. 1341 αὐτὸς πάντα πόνον ὑφιστάμενος, ἄλυπον αὐτῷ καὶ ἄπονον ἐποίουν τὴν ἀρχὴν,) πάντες μὲν ἂν εἰδεῖεν Ῥωμαῖοι, αὐτῶν σαφέστατα βοώντων τῶν πραγμάτων, καὶ συμμαρτυρήσαιεν ἐμοί· τῶν ἄλλων δὲ πάντων μάλιστα ἡ βασιλὶς, ὅσα μὴ μόνον ὑπὸ τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ βασιλέως αὐτοῦ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν, τὴν πάντας, ὡς ἐγῷμαι, καὶ τοὺς πάλαι καὶ τοὺς νῦν ὑπερελάσασαν ἐπὶ φιλίᾳ ὑμνουμέ- V. 291 νους, σαφῶς διδασκομένη. ἐφ' οἷς οὐκ ὠφελεῖσθαι μόνον παρ' ἑκατέρων συνέβαινεν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄχρι νῦν χρό- B νον εὐκλεέστατα βιβιωκέναι. ἄτοπον οὖν, τὸν μὲν προτοῦ χρόνον ἅπαντα μηδέποτε μηδεμίαν ἀδοξίας πρόφασιν παρεσχηκέναι ἐμαυτῷ, νυνὶ δὲ ἑκόντι λοιδορίας ἄξια καὶ μέμψεως ποιεῖν. ἄν τε γὰρ ἀγνοήσας, οἷ κακῶν τὰ πράγματα χωρήσει, ἐμαυτῷ μὲν ἀδοξίας, τοῖς λοιποῖς δὲ Ῥωμαίοις φθορᾶς καὶ κινδύνων αἴτιος καταστῶ, οὐδεμίαν παραιτεῖσθαι δίκαιος συγγνώμην αὐτὸς παρ' ἐμαυτῷ κριτῇ. ἄν τε καὶ συνορῶν, ὥσπερ ἤδη καὶ ἐπίσταμαι σαφῶς, ἔπειτα καταμαλακιζοίμην δέει τοῦ μὴ δοκεῖν ἐν καιροῖς ἐπικινδύνοις τὴν ἀρχὴν μεθίεσθαι, οὐ λοιδορίας ἄξιος μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκης C τῆς ἐσχάτης, ὅτι, καίτοι προειδὼς, ὑπέμεινα ἑκὼν εἶναι κακὸς ὀφθῆναι καὶ μήτε καιροῖς, μήτε πράγμασιν ὡς δέον χρήσασθαι εἰδώς. οὗ δὲ ἕνεκα κινδύνων τε καὶ ἀδοξίας ἔγνων

14. οἵων pro οἷ P. 19. καιροῖς, ἐπὶ κινδύνοις P.

gravia periculosaque sustinuerim (sileo enim de administratione, quo pacto omnem ego laborem perferens, imperium ipsi facillimum reddiderim,) Romani omnes scire possunt, rebus ipsis manifestissime clamantibus, et testimonium ferent; praeque omnibus imperatrix, quam non experientia tantum, sed ipsemet quoque imperator de mutua inter nos concordia docuit: quae quidem tanta fuit, ut opinione mea omnes et antiquos et recentes ab amicitia nobilitatos superaverit. Unde non modo vicissim nos adiuvari, sed etiam usque ad hoc tempus in summa gloria vixisse contigit. Turpe igitur, me, qui antehac nunquam ullius dedecoris occasionem mihi praebuerim, nunc sponte ac libentem maledictis et reprehensione digna committere. Sive enim nescius, quo miseriarum res evadent, mihi quidem ignominiam, ceteris autem Romanis pericula exitiumque creavero, nullam vel me ipso iudice veniam; sive etiam animadvertens (quemadmodum iam liquido scio) tamen emollescam timore, ne scilicet dubiis ac formidolosis temporibus imperium videar dimittere, praeter vituperationem crudelissimum quoque supplicium commerebor: quod quamquam praesciens, sustinuerim volens, ignavus et neque occasionum, neque rerum bene utendarum

A.C. 1341 ἀπαλλάττειν ἐμαυτόν. καίτοι γε οὐδὲ βασιλίδι τε καὶ τοῖς βασιλέως παισὶν ἐκ τῆς ἀδοξίας ταυτησὶ καὶ τῶν κινδύνων ὠφέλειάν τινα ἔξεστι πορίζειν. ἦν γὰρ ἂν τοῦτο παραμύθιον οὐ φαῦλον. ὡς ἂν δὲ μὴ δοκῶ τοὺς ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων πόνους καὶ κινδύνους ἀποδιδράσκειν, νῦν μὲν ἐν τῆς εἰρήνης τοῖς καιροῖς, ὅτε μήτε πόλεμος οὐδείς, μήτε κακῶν προσδοκία μηδεμία, πατριάρχης τε καὶ σύγκλητος ἅμα βα- D σιλίδι ἰθυνόντων τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ καὶ τὰς τιμὰς καρπούσθων. ἐὰν δέ ποτε συμβαίη πόλεμόν τινα ἀναφυῆναι, κίνδυνον ἀπειλοῦντα βασιλέως τοῖς παισί, τότ' αὐτὸς ἤδη προθύμως τοῖς κινδύνοις ἐμπαρέξω ἐμαυτὸν, καὶ ἢ συνδιασώσω τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἢ ὑπὲρ αὐτῶν μαχούμενος πεσοῦμαι, ὡς ἂν ἐμοὶ μὲν οἱ πόνοι καὶ τὸ κινδυνεύειν, ὑμῖν δὲ τὸ ἐντρυφᾶν τοῖς πράγμασι καὶ αὐτῶν καταπολαύειν, μηδενὸς παρενοχλοῦντος, περιγίνοιτο. κεφάλαιον δὲ τῶν λόγων τῶν ἐμῶν, ὡς ἔστιν οὐδὲν τὸ πεῖσον, ὥσπερ καὶ πρότερον, P. 359 ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς. ὡς ἂν δὲ καὶ ἔργοις ὃ λέγω κατάδηλον ποιήσω, τῆς συνήθους καθέδρας ἐξαναστὰς, ἐφ' ἑτέραν καθεδοῦμαι, ἵν' εἰδείη τε βασιλίς τε καὶ ὑμεῖς, ὡς οὐδὲν ἤδη τὸ κωλύον, ἕτερόν τινα, ὃν ἂν βούλησθε αὐτοί, τοῖς πράγμασιν ἐφιστᾶν." οὕτως εἰπὼν, ἐφ' ἕτερον μετέβη τόπον, ὥσπερ ἔργῳ παραχωρῶν ἑτέρῳ τῆς ἀρχῆς. ὁ πατριάρχης δὲ τοιαῦτα ὁρῶν τε καὶ ἀκούων, „σκληρός ἐστιν ὁ λό-

5. ἐν τοῖς τῆς εἰρ. καιροῖς M. 14. καταπολαύνειν P.

peritus videri. Quam ob causam et discriminibus et infamiae me decrevi subducere: unde nec ad imperatricem, nec ad imperatoris liberos aliquid emolumenti redundabit: esset enim hoc non exiguum solatium. Ne autem labores propter filios imperatoris capessendos vitare existimer, nunc quidem in ista pace, cum nec bellum est ullum, nec malorum exspectatio, patriarcha et concilium una cum imperatrice imperium regant, eiusque bonis et honoribus perfruantur. Quod si aliquando arma, imperatoris liberis periculum denuntiantia, movebuntur, rursum impigre hostium telis me obiectabo et aut imperium illis servabo incolume aut eorum causa in medio certamine occumbam: ut ego quidem labores habeam et pericula, vos autem omnibus copiis affluentes, delitiis et gaudiis dediti, vitam nullo impediente transigatis. Caput denique et summa orationis meae est, re nulla me adductum iri, ut, quomodo antehac, imperium administrem: et quo facto simul quod dico comprobem, e sella consueta surgens, alibi sedebo, ut Augusta et vos scire queatis, nihil iam obstare, quo minus alium quempiam e vestra sententia tantis rebus praeficiatis. Haec fatus, in alium locum, tamquam ipso opere alteri imperium cedens, concessit. At enim patriarcha

γος" εἶπε „καὶ μάλιστα δυνάμενος τῆς ψυχῆς τῆς βασιλίδος A.C. 1341 καθικέσθαι." ὁ δ' „ἀληθῆ λέγεις" ἔφη „καὶ ἔδει γε μηδὲν τοιοῦτον μήτε εἰρῆσθαι, μήτε εἶναι. νυνὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἀνάγκης συνηλάθην, ὥστε καίτοι τῶν ἄλλων μάλιστα ἁπάντων, ὅσα εἰς παραμυθίαν καὶ τῶν πολλῶν ἄνεσιν ἀνιαρῶν, B ὅσα βασιλίδι ἐκ τῆς βασιλέως προσεγένετο τελευτῆς, λέγεσθαι βουλόμενος ἐπ' αὐτῆς, ἐναντιώτατα πράττειν ἐμαυτῷ δυοῖν ἕνεκα. ἢ γὰρ ἀπρακτεῖν παντελῶς ἀνάγκη, ἢ φαύλως καὶ οὐχ ᾗ προσῆκεν, ἄρχειν. εἴτε τοίνυν πράττοντος μηδὲν, καὶ ἡ βασιλὶς ἐφησυχάζοι, ὡς χθὲς καὶ πρώην τὴν ἀρχὴν οἰομένη διοικεῖσθαι παρ' ἐμοῦ, ἀνάγκη πάντα ἀπολέσθαι· εἴτε καὶ φαύλως καὶ μὴ κατὰ τὸ δέον ἄρχοντος, τὸν αὐτὸν τρόπον πάλιν φθείρεσθαι συμβαίνει, καὶ προσέτι γε αὐτὸν οὐ τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ τῆς μοχθηρίας ὀφείλειν δίκας· ὥστ' ἀμφοτέρωθεν λυσιτελὲς, γνώριμα ταῦτα γί- C νεσθαι τῇ βασιλίδι, κἂν εἰ μέλλοι ταραχὴν καὶ λύπην προ- V. 292 ξενεῖν. βέλτιον γὰρ περὶ τῶν γινομένων ὡς ἔχουσι μαθοῦσαν, ἅμα σοί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ δέοντα βουλεύσασθαι περὶ τῆς ἀρχῆς, ἢ ἀγνοήσασαν, ὀλίγῳ ὕστερον μὴ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς συμβησομένης βλάβης ἕνεκα ἀγανακτεῖν."

δ'. Ὁ μὲν οὖν πατριάρχης πάντα ἀπήγγελλε τῇ βασι- D λίδι. ἡ δ' ἅπερ οὔτ' ἄν ποτε αὐτὴ διενοήθη, μήθ' ἑτέρου λέγοντος ἐπείθετο ἀκούσασα, πρῶτα μὲν ὑπὸ τῆς λύπης οὐδὲ

3. εἰρεῖσθαι P. 5. καὶ τῶν add. M.

haec videns et audiens, Durus est, inquit, hic sermo et qui animum imperatricis gravissime vulnerare possit. Vera loqueris, ait domesticus, et sane nihil horum neque dici oportebat, neque fieri. Nunc autem eo necessitatis compellor, ut quamvis prae omnibus maxime, quaecumque ad consolationem moerorumque levationem pertinent, qui ex obitu imperatoris multi ad imperatricem confluxerunt, apud illam dicere velim, faciam tamen, quae solatio illius plurimum repugnant: idque duabus de causis; vel quia omnino cessandum, vel quia male et contra quam fas sinit, imperandum est. Seu igitur me feriante, etiam imperatrix vacaverit, credens, ut nuperrime a me imperium temperari, omnia pessum ire oportebit: seu somniculose et secus quam convenit gubernante, eadem est exspectanda calamitas. Et ego insuper non aliis solum, verum etiam mihimet improbitatis poenas dabo: ut utrinque referat haec imperatricem cognoscere, etiamsi inde aegra animi futura sit. Siquidem praestat, ut percepto rerum statu, tecum et cum aliis pro eo ac debet de imperio consultet, quam ut, eo ignorato, haud multo post non horum dumtaxat, sed et imminentium incommodorum causa doleat.

4. Haec omnia patriarcha imperatrici renuntiabat. Ea cum audiret, quae nec unquam ipsa cogitasset, nec alio narrante cre-

A.C. 1341 ἀντιφθέγγεσθαι ἠδύνατο. ἔπειτα ἐφ' ἱκανὸν πολλὰ δάκρυα σιγῇ τῶν ὀφθαλμῶν καταγαγοῦσα, „ῥᾷον ἄν" εἶπεν „ἀνέπεισέ τις ὄρος δύνασθαι μεταβῆναι, ἢ τὴν μεγάλου δομεστίκου γνώμην κινηθῆναι πρὸς βραχύ. ἐπεὶ δὲ περὶ ἐκείνου τοιαῦτ' ἀκούειν ἔστι νῦν, ἅπερ οὐδ' ἄν ποτε ἐνεθυμήθην, προσηκούσης μὲν ἀπολογίας ἀπορῶ. ὅμως ἐκ τῶν μάλιστά
P. 360 μου καθικομένων τῆς ψυχῆς, ποιήσομαι τῆς ἀπολογίας ἀρχήν. λέγω τοίνυν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἄρτι νῦν ὥσπερ ἐξεστηκυῖαν τῶν φρενῶν ἢ κάρῳ βαθεῖ καὶ ὕπνῳ κατισχημένην εἰς αἴσθησιν ἤγαγες τῶν περισχόντων με δεινῶν. πρότερον γὰρ, εἰ καὶ μάλιστα σαφῶς τὴν βασιλέως ἠπιστάμην τελευτὴν, ἀλλ' οὖν, εἰσιόντος τε σοῦ πρὸς ἐμὲ, κἀκεῖνον ἐδόκουν, ὥσπερ ἔθος ἦν, συνεισιέναι καὶ ἀπιόντα συνέπεσθαι, καὶ μονονοὺ καὶ φθέγξασθαι ἐλογιζόμην ἐκεῖνον, ὅτε διελέγου πρὸς ἐμὲ, καὶ ὅλως μετρίαν τινὰ ἐλογιζόμην τὴν περισχοῦσάν με τῶν κακῶν ἐπιφοράν. νυνὶ δὲ, ὥσπερ τινὸς παραπετάσματος ἀρθέντος, πάντα φαίνεται τὰ ἔνδον· οὕτω σὺ τῶν ἐλπίδων ἡμᾶς,
B ὑφ' ὧν ἐφενακιζόμεθα, ἀποστερήσας, γυμνὰ παρεσκεύασας τὰ πράγματα καθορᾶν, καὶ τοὺς μὲν ἐμοὺς οἴεσθαι παῖδας ὀρφανοὺς πατρὸς, ἑαυτὴν δὲ χηρείᾳ καὶ τοῖς ἐκ ταύτης κακοῖς συνισχημένην. ἀλλὰ τί ἄν τις φαίη ἢ καὶ λογίσαιτο περὶ σοῦ; πότερον ὡς ἐπιλέλησαι τῆς ἀκροτάτης συναφείας καὶ

10. κακῶν pro δεινῶν P. 14. φθέγζεσθαι P.

didisset, primum quidem prae dolore nihil respondere poterat. Deinde cum diu largas in silentio lacrimas effudisset, Facilius, inquit, persuasisset mihi quispiam montem transferri, quam mentem magni domestici ad momentum temporis immutari posse. Quoniam ergo de illo talia iam est audire, qualia mihi nunquam succurrerunt, quid apte respondeam, penitus haereo. Verumtamen ex iis, quae me praecipue momorderunt, respondendi ducam initium. Dico igitur (quasi enim praesentem alloquar) Tu modo vel ut mente alienatam aut sopore profundo veternoque demersam, ad sensum circumstantium me malorum perduxisti. Prius namque, etsi certo sciebam imperatorem esse mortuum, nihilo minus cum tu ad me ventitares, etiam illum, ut consueverat is, ad me putabam ingredi tecumque abire, ac tantum non etiam in tua loquela illius affatus haurire. Et omnino mediocribus quibusdam malis cinctam me arbitrabar. At nunc velut peripetasmate sublato, interiora patent omnia: sic tu spe, quae nos ludificabatur, erepta, res nudas aspectui subiecisti et filios quidem meos iam pupillos, me autem viduam et miseriis cum viduitate coniunctis implicatam spectatoribus exhibuisti. Quid autem dicemus de te aut quid cogitabimus? An te oblitum esse coniunctissimae illius necessitudinis et admirabilis

τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης φιλίας βασιλέως τῆς πρὸς σὲ, ἣ διὰ A.C. 1341
τὸ μέγεθος οὐδὲ πιστεύειν εἶχον οἱ πολλοί; ἀλλ' οὐκ οἴομαι
δυνήσεσθαι, εἴ γε καὶ μάλιστα ἐβούλου. οἶμαι γὰρ εἴ τις
τὴν ἐν ἀνθρώποις ἅπασαν φιλίαν συλλαβὼν, ἔπειτα πρὸς
παράδειγμά τι θελήσειε σκοπεῖν, ἐξ οὗ τοῖς ἄλλοις τε κἀ-
κείνῳ τὴν αὐτῆς ἰσχὺν ἐξέσται κατιδεῖν, ὑμᾶς ἂν μόνους C
παραδραμὼν, ὡς καὶ τοὺς ὅρους ταύτης ὑπερβάντας, ἐκ
τῶν ἐπιλοίπων ἐξευρίσκειν, ὅ,τι ἂν εἴη, πειρᾶσθαι πρῶτον·
τοσοῦτον οὐ τοὺς φίλους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδέαν αὐτὴν τῆς
φιλίας ἔθεσθε κατόπιν. καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ τῶν πραττομένων
μόνον ἦν ὁρᾷν, καὶ βασιλέως δὲ ἦν ἀκούειν πολλὰ πολλάκις
φθεγγομένου, ὡς καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς καὶ συμπάντων,
ὡς εἰπεῖν, χρημάτων τὴν εἰς σὲ φιλίαν προηγοῖτο. πότερον
οὖν ὡς μὲν ἐπιλέλησαι τῆς βασιλέως φιλίας, οὐδὲ τῷ λίαν
συκοφαντικῷ τοὺς τρόπους εἰπεῖν ἐξέσται· ὅτι δὲ μεμνημένος
ἀγνωμονεῖς καὶ τοῖς βασιλέως παισὶν ἐναντίας ἢ προσῆκεν
ἀποδίδως ἀμοιβὰς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν; ἀλλ' οὔτε
τοῦτο σὸν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πρῶτον. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τῶν V. 293
πρὸς ἐμέ σου λόγων, οὓς ἑκάστοτε, καὶ βασιλέως ζῶντος, δι- D
εξῄεις, ἄξια τὰ δεδογμένα νῦν. οὐ γὰρ δήπου γε ἐπιλέλησαι,
ὡς πολλοὺς ἀγῶνας καὶ κινδύνους καὶ θάνατον, εἰ οἷόν τε
εἰπεῖν, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ὠφελείας καὶ τῶν παίδων ἑτοιμότατος

9. τῆς om. P. 11. ἦν ante ὁρᾷν om. P. δὲ om. P.

amicitiae, quae imperatori tecum fuit, quam propter magnitudinem credere imperitum vulgus non poterat? Atqui hoc te nequire opinor, etiamsi velis. Sic enim statuo, quidquid est in genere humano coniunctionis et familiaritatis, si quis in unum colligeret, deinde ad exemplum aliquod respicere vellet, ex quo et aliis et sibi vim eius liceret perspicere, vobis solis praeteritis (ut qui etiam terminos huius transcendistis) inter alios potius id investigandum: usque adeo non amicos tantummodo quoslibet, sed ipsam quoque insidentem in animis amicitiae ideam speciemque exsuperastis. Atque hoc non in iis solum, quae agebatis, erat observare, sed imperatorem praeterea saepenumero multis verbis testificantem audivimus, te sibi et liberis et uxore et, ut breviter dicam, rebus omnibus cariorem esse. Num igitur ne insignis quidem calumniator te huius amicitiae oblitum, memorem autem nihilo minus improbe agere liberisque imperatoris post eius obitum alias quam debuisti gratias referre dicere poterit? Atqui non magis hoc tuum est, quam prius. At vero nec tuis sermonibus, quos semper, etiam vivo imperatore, mecum habebas, consentientia sunt, quae statuisti. Non enim e memoria excidit tibi profecto, ut multa te certamina variosque casus et mortem quoque ipsam, si dici fas est, pro meis filiorumque meorum rationibus turbulentis temporibus promptissime subiturum

A.C. 1341 εἶναι, καιροῦ καλοῦντος, ὑπομένειν ἰσχυρίζου. οὗ νῦν παρόντος, εἴ σοι ἐξελέγχεσθαι ἐπὶ τῶν ἔργων εὐπρεπὲς, αὐτὸς ἐρεῖς. ἔτι δὲ οὐδ' ἐμαυτῇ τι σύνοιδα σοὶ προσκεκρουκυῖα, P. 361 ἀλλ' ἐξ ὅτου παρεγενόμην ἐν τοῖς βασιλείοις οἴκοις, οὐδὲν ἀποδέουσαν οὔτ' εὔνοιαν, οὔτε τιμὴν ἢ τἀδελφῷ κόντῳ παρειχόμην, μᾶλλον δὲ καὶ πλείω παραπολὺ, ὅσον ἐκείνου μὲν οὔτε τεθνεῶτος ἐμοί τις βλάβη, οὔτ' ὠφέλεια ζῶντος ἕψεται, τοσοῦτο διῳκισμένου· σὺ δὲ καὶ ζῶν τὰ μέγιστα ἂν ὀνήσαις, καὶ ἀποθανὼν οὐδὲν ἧττον ἐμοί τε καὶ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι λυμανῇ. ἐγὼ δὲ καίτοι πολλὰ συνείρειν ἔχουσα καὶ ἀποδεικνύναι δι' αὐτῶν, ὡς οὔτε συμφέροντα, οὔτε δίκαια ἐβουλεύσω, ἐκεῖνο μόνον ἐρῶ, τὰ ἄλλα καταλιποῦσα. εἰ γὰρ παριόντα τινὰ ὁδὸν τῶν ἐπιφανῶν τινι συνέβη γυναικὶ B συντυχεῖν, χηρείᾳ μὲν συνούσῃ καὶ τοῖς ἐκ ταύτης κακοῖς, καὶ παισὶν ὀρφανοῖς καὶ μηδένα τὸν προστησόμενον ἔχουσι προστετηκυίᾳ καὶ διὰ ταῦτα πολλοὺς ὑφορωμένῃ τοὺς κινδύνους καὶ δεομένῃ τῆς δυστυχίας οἰκτεῖραι καὶ αὐτῆς προστῆναι καὶ τῶν παίδων, οὐδὲν ἕτερον εἰς δικαίου λόγον προβαλλομένῃ ἢ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν παρ' ἀξίαν κακοπραγίαν, οὐκ ἔδει καὶ σὲ καὶ πάντα ὁντινοῦν οἷος σὺ, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντα, πρόνοιαν ποιήσασθαι τῆς γυναικὸς ὅση δυνατὴ, καὶ ἀξιόχρεως τοὺς ὑπὲρ ἐκείνης νομίσαι πόνους εἰς εὐκλείας

8. τοσοῦτον M. 9. ἡμῖν P. 16. ταύτας P. 18. καὶ add. M. 19. παρὰ ἀξίαν P.

asseveraveris. Qua quidem necessitate nunc praesente, an re ipsa te refelli ac redargui pulcrum adeo tibi sit, tu videris. Praeterea non mihi sum conscia, offendisse aliquando voluntatem tuam: sed ex quo in domum imperatoriam nupsi, aeque ut fratrem meum germanum Sabaudiae comitem te colui ac dilexi: imo vero multo amplius, quod ex illo mortuo neque detrimenti quidquam, nec superstite quidquam commodi, tantis a me terrarum spatiis disiuncto, adipiscar. Tu autem quantum prodesse potes vivus (potes autem longe plurimum) tantum mihique et rei publicae Romanae nocere potes mortuus. Quamquam porro multa queam adhuc adiungere et inde ostendere, te neque frugiferum neque iustum cepisse consilium, omissis aliis, illud tantum dicam. Si cui viatori contingeret, in mulierem aliquam nobilem incidere, viduitatis calamitate conflictantem, cum liberis orphanis, tutore prorsus destitutis, et idcirco multa metuentem aspera, orantemque ut aerumnarum suarum misertus, sui liberorumque patrocinium susciperet, et argumenti ad impetrationem nihil afferentem nisi nobilitatem suam et conditionem infelicem ac se indignam: nonne oporteret, et te et quemcumque tui similem, ceteris sepositis, curare talem feminam, quantum in te esset, laboresque pro illa non recusatos ad celebritatis iustitiaeque

λόγον καὶ δικαιοσύνης; εἰ τοίνυν τοῦτο μόνον ἤρκεσεν ἂν εἰς A.C. 1341 πειθώ, τίνα ἂν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἀποδοίης, εἰ αὐτοῦ C τε τούτου καὶ πολλῶν ἑτέρων ἰσχυροτέρων παρόντων, ἀπαραίτητος ὀφθῇς. διό σου δέομαι, ταύτης ἀποστῆναι τῆς βουλῆς καὶ μὴ προφάσεως ἕνεκα μικρᾶς ἐμέ τε καὶ νηπίους παῖδας τοὺς ἐμούς, ὥσπερ ἐν μέσῳ πελάγει ναῦν ἐρήμην κυβερνήτου, καταλιπεῖν. ἀλλ' εἴτ' αὐτὸς πρῶτος ἐνεθυμήθης, ἄκαιρον ἡγήσασθαι καὶ μυρίων γέμουσαν τὴν βουλὴν κακῶν, εἴθ' ἑτέρῳ συμβουλεύοντι ἐπείσθης, μὴ τῶν φίλων ἐκεῖνον, ἀλλ' ἔχθιστον ἡγεῖσθαι καὶ σοὶ μὲν πρὸς τὴν εὔκλειαν καὶ τὴν τιμήν, ἡμῖν δὲ πρὸς αὐτὴν ἐπιβουλεύοντα τὴν σωτηρίαν, προσθήσω δ' ὅτι καὶ πᾶσι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι κοινῇ. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μὴ ἀφ' ἑαυτῆς αὐτὴ τὸ δέον συνεώρων, ὡς D οὐδεμία τις ἑτέρα κοινῇ τοῖς πᾶσι βεβαιοτέρα σωτηρία, ἢ σὲ τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ καὶ ζῶντος βασιλέως, ἐφεστάναι, ἐξ αὐτῶν γοῦν τῶν βασιλέως λόγων, οὓς περὶ σοῦ πολλάκις ἐποιεῖτο πρὸς ἐμέ, μάλιστα δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς μικρόν, ἐχρῆν συνεῖναι τὸ συνοῖσον. ἀνακείμενος γὰρ ἐπὶ γόνασι τοῖς ἐμοῖς, σοῦ παρόντος, „ὁ μὲν καιρὸς" ἔφη „τῆς ἐμῆς ἥκει τελευτῆς. σὲ δὲ χρὴ σκοπεῖν, ὅπως ἐμοῦ μὴ ἀπελθόντος λογισμοῖς τισιν ἢ καὶ λόγοις ἐνίων ἀπατηθεῖσα, ἑτέρῳ τινὶ πρόσχῃς τὸν ἄνδρα τουτονὶ διωσαμένη. εἰ γὰρ τοῦτο συμβαίη,

13. ὡς add. M. 14. πράγμασι pro πᾶσι P. 19. παριόντος P. et M., παρόντος V.

rationem reputare idoneos? Si ergo hoc dumtaxat ad persuadendum sufficeret, quem, amabo, defensionis colorem habebis, si hoc ipso multisque praeterea firmioribus argumentis suppeditantibus inflecti haud potuisse videbere? Quapropter te obsecro, muta istam mentem et noli tam levi occasione me cum tenellis adhuc liberis tamquam in medio pelago navim magistro carentem deserere: sed sive per te in hanc sententiam es ingressus, alienam et mille malorum plenam existimes: sive alterius suasu huc es delapsus, ne illum amicum, sed inimicissimum et tuae quidem gloriae honorisque, nostrae autem salutis, imo totius imperii Romani communiter insidiatorem arbitrere. Et tametsi per me non viderem, quid necesse sit, nimirum non aliunde certius ac stabilius fore salvam Romanam rem publicam, quam si tu eius gubernacula teneas, perinde ut vivo imperatore tenuisti: at saltem ex ipsis eius sermonibus, quos de te non raro mecum praecipueque paulo ante mortem habuit, quid expediret, me intelligere oportebat. Recubans enim, te praesente, in gremio meo, Tempus quidem mei ex hac luce discessus adest, inquit: tibi cavendum est, ne falsis ratiocinationibus aut oratione quorumdam decepta, repulso hoc viro cuiquam alteri auscultes. Nam ita si fiat, et tu et liberi tui et Romanum imperium

A.C. 1341 οὐδὲν ἔτι τὸ λεῖπον σέ τε καὶ τέκνα καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν
P. 362 τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀπολέσθαι· αὐτῷ δὲ προσέχουσα,
V. 294 ἄριστα σαυτῇ τε καὶ τοῖς πράγμασι βουλεύσῃ." εἰ δὴ τοιαῦτα πρός τε βασιλέως ἐδιδάχθην καὶ παρ' ἐμαυτῆς αὐτὴ τὰ ὅμοια γινώσκω, τίν' ἔχοι λόγον, οἷς αὐτὸς κακῶς καὶ ὡς οὐ δέον ἐβουλεύσω, πείθεσθαι καὶ αὐτὴν ἑκοῦσαν εἶναι. ἂν μὲν οὖν οἷς εἶπον τὴν ἀτοπίαν καὶ αὐτὸς τοῦ πράγματος ὅση κατιδὼν, ἀπόσχῃ τοῦ τε τοιαῦτα καὶ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν, καὶ τῶν πραγμάτων, ὥσπερ εἴωθας, ἐχόμενος, αὐτὸς μὲν τὰ κοινῇ συνοίσοντα Ῥωμαίοις, καὶ τῆς ἄνωθεν χειρὸς συνεφαπτομένης, πράττῃς, ἐμοὶ δὲ παρέχῃς ἡσυχίαν, τὰς ἐμὰς θρηνεῖν καὶ κόπτεσθαι συμφορὰς, (τοῦτο γὰρ ἐμοὶ παραμυ-
B θία μόνον καὶ τῶν κακῶν ἀνακωχὴ,) δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ συμφέροντα καὶ σαυτῷ προσήκοντα ποιήσεις. ἂν δὲ πάντα διωσάμενος καὶ ἀποῤῥίψας, ἑνὸς μόνου γένῃ τοῦ τοῖς δεδογμένοις ἐγκαρτερεῖν, πᾶσι χαίρειν εἰπὼν, ὃ καὶ αὐτὴ ποιήσω, σοὶ θήσω φανερόν. πᾶσαν γὰρ αἰδῶ καὶ γυναικείαν ἀσθένειαν ἀποθεμένη καὶ τῶν τοῦ σωφρονεῖν ὥσπερ λογισμῶν ὑπὸ μεγέθους ἐκτραπεῖσα τῶν κακῶν, κατὰ μέσην τὴν πόλιν γενομένη καὶ ἀναθεῖσα ἑαυτὴν ἐπί τινος μετεώρου, ἵν' ἐξῇ διὰ πάντων ἐξικνεῖσθαι τὴν φωνὴν, ὄρθιον βοήσομαι καὶ μεγαλοφωνότατον· ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μᾶλλον δὲ καὶ Ἕλληνες
C καὶ βάρβαροι πάντες, εὖ ἴστε, ὡς πάντα ἀπόλωλε καὶ διέ-

6. εἰ μὲν P. 11. πράττεις et παρέχεις P.

modum novus imperator narrabat. Vivo adhuc imperatore Andronico, cum ipse privati sortem locumque teneret et in eo plane acquiesceret, secum hunc episcopum aliquando congressum, monuisse, ne Apocauchum (quem citra honoris adiunctum sic nude appellasset) admodum magni faceret: sed ab homine, ut ingens aliquando damnum invecturo, caveret. Cum ipse iocabundus subiecisset, quale tandem damnum lapidi ovum importare possit: illum respondisse, superbiam ingens esse malum, quod praecipue omni virtute perfectos et ad summum felicitatis culmen evectos comitetur. Tum se ita occurrisse, non ex superbia haec a se, sed ex certa tum suarum virium, tum Apocauchi imbecillitatis conscientia dicta esse: nisi quis lupum et leonem audaciae accuset, quia ille ove, hic cervo multo se robustiorem iudicet. Praeterea orasse, ut visum sibi detegeret crediturumque promisisse; quoniam naturalia a Deo immutabilia fabricata sint, humana autem aliter alias ferri varieque mutari. Et cum enixe orando eum vicisset, ita exorsum. Cum sacrae precationi me dedissem quodam tempore, mecumque solo et cum Deo colloquerer, te videre coram me stantem videbar, statimque Apocauchum cum impetu supervenire et te tanta violentia impellere, ut propemodum humi affligeret: certe in alterum genu te

τρέψαι, ὅμως ὑπὸ ῥύμης καταναγκάσαι ἐπὶ γόνυ τε κλιθῆ- A.C. 1341
ναι θατέρου τῶν ποδῶν καὶ τὴν λαιὰν χεῖρα προσερείσαντα τῇ γῇ, ἀντέχειν πρὸς τοὺς ὠθισμούς. ἐκεῖνον δὲ, καίτοι πολλὰ μογήσαντα, μηδὲν πλέον δυνηθῆναι. σὲ δὲ τοῦ πτώματος P. 439
ἐξαναστάντα, χρήσασθαι ῥοπάλῳ καὶ πολλάκις αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς κατενεγκεῖν, μὴ ἀντισχόντα δὲ πρὸς τὰς πληγὰς εἰς τὴν γῆν καταῤῥυῆναι· σὲ δὲ αὖθις ξυρῷ τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος ἀποτεμεῖν. ἡ μὲν οὖν ὅρασις, ἔφη, τοιαύτη ἦν. ἐγὼ δ' ἐξετάζων ἐπ' ἐμαυτοῦ πρὸς ὅ,τι τὰ τοιαῦτα φέρει, πόλεμόν τινα ἐκεῖνον οἴομαι ἐνστήσεσθαι πρὸς σὲ καὶ κινδύνους μεγάλους καὶ πολλοὺς ἂν ἐπενεγκεῖν· τὴν δὲ νίκην μετὰ τοὺς κινδύνους σοὶ παρέξεσθαι τὸν θεόν. διὸ χρὴ μὴ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ φυλάττεσθαι τὸν ἄνδρα." τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ ἀρχιερέως διεξῆλθεν ὁ βασιλεύς. οἱ παρόντες δὲ καὶ τοῦ B
περὶ τοῦ σύκου παραδείγματος ἀκούσαντες μᾶλλον ἐπεῤῥώσθησαν πρὸς ἃ ἐπεσημήναντο ἐκ τῶν λογίων καὶ τῆς τῶν ἐνδυμάτων ἀσυμμετρίας. ὥσπερ γάρ τισι χρησμοῖς τοῖς ἐκείνου προσεῖχον λόγοις, ἡνίκα περὶ τῶν μελλόντων διεξῄει τι, οὐ μόνον διὰ τὸ πολλὰ πολλάκις τῶν ἐσομένων ἀπταίστως προειπεῖν, ἀλλ' ὅτι καὶ τεράστιά τινα εἰργασμένος ἦν, ἃ θεῷ μόνῳ δυνατὰ καὶ τοῖς ἐκείνῳ διὰ τὴν κάθαρσιν καὶ πολιτείας ὕψος ᾠκειωμένοις. ἐν οἷς τι φέρεται καὶ τοιοῦτον, ὃ ῥᾳστώνης χάριν διηγήσομαι. τῶν παρὰ Διδυμοτείχῳ πολιτευομένων τις οὐ τῶν ἀσήμων ὑπώπτευε παρά του τὸν γάμον διε- C

procidere alteroque pede et sinistra manu terra contra impulsum niti, ipsumque, quantumcumque conaretur, plus non posse. Te a casu exsurgentem, crebrius illi in caput fustem impingere et plagis non resistentem humi cadere: te iacenti novacula cervices repente praecidere. Speciem igitur visam istiusmodi fuisse. Tum se apud animum suum inquisisse, quorsum haec spectarent; et putare, illum tibi bellum facturum, graviaque et multa pericula creaturum; Deum autem tibi victoriam tandem concessurum. Ideo non pigrandum, sed cavendum ab hoc viro. Talia de episcopo imperator commemorabat: quibus qui intererant, audita etiam de ficu parabola, magis ad ea, quae tum ex evangelii verbo, tum ex vestium proportione male respondente portendebantur, credenda, confirmati sunt. Etenim si quando de futuris narraret ille episcopus, eius sermonem non secus quam oracula attendebant; non solum quod saepe ventura certo praenuntiasset, sed quod etiam mira quaedam et quae solus Deus potest, quique puritate animorum et sublimi vitae instituto familiarem eius amicitiam adepti sunt, effecisset. In iis et hoc fertur, quod animi gratia exponam. Didymotichi civis haud ignobilis uxorem adulterio pollutam suspicabatur, nec fallebatur.

A.C. 1341 φθάρθαι καὶ οὐχ ἡμάρτανε τῶν λογισμῶν· διέφθαρτο γάρ.
V. 355 τὴν ὑποψίαν δὲ μὴ φέρων ὑπὸ ζηλοτυπίας στέγειν σιγῇ, πί-
στεις ᾔτει τὴν γυναῖκα, αἳ δυνήσονται πείθειν, ὡς μὴ εἴη
ἅπερ ὑπενόει ἀληθῆ, ἢ τὰ δεινότατα ἠπείλει διαθήσειν, οὕ-
τως ἐξυβρικυῖαν εἰς τοὺς γάμους. αἱ πίστεις δὲ ἦσαν, σίδη-
ρον αὐτὴν ἐπὶ τὼ χεῖρε δέξασθαι ἐκφλογωθέντα. ἄλλως γὰρ
πείθεσθαι μὴ δύνασθαι. ἡ γυνὴ δὲ τό,τε τὰ εἰργασμένα
ἐξαγγέλλειν συνορῶσα ὡς δεινὸν, (θάνατος γὰρ ἦν ἡ ζημία
τῆς εἰς τὸν ἄνδρα ἀδικίας,) τό,τε τοῦ σιδήρου ἅπτεσθαι
ἔλεγχον τῆς ἀτοπίας οἰομένη φανερὸν καὶ ἀμφοτέρωθεν εἰς
D ἀπορίαν ἐσχάτην συνελαυνομένη, ἐπὶ τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἀρ-
χιερέα καταφεύγειν ἔγνωκε δεῖν. προσελθοῦσα δὲ καὶ πάντα
ἀπαγγείλασα, ἐδεῖτο προστῆναί οἱ καὶ μὴ περιιδεῖν, ὑπὸ κα-
κοβουλίας ἐσχάτοις κακοῖς περιπεσοῦσαν, ἀλλὰ τὸν ἄνδρα
πείθειν τῆς πείρας ἀποσχέσθαι, διδάσκοντα ὑπὲρ αὐτῆς, ὡς
οὐδὲν εἴη τῶν ὑποπτευομένων εἰργασμένη. τοῦ δὲ, εἰ μετά-
νοιά τις αὐτὴν εἰσίοι πρὸς τὴν ἀκολασίαν καὶ εἰ σωφρονεῖν
τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐπαγγέλλοιτο, πυνθανομένου, ὡς εἶδε πολ-
λὰς δακρύων καταχέουσαν πηγὰς καὶ μηδέποτε τοιαῦτα τολ-
μήσειν αὖθις ἰσχυριζομένην, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡμαρτημένων
διδόναι δίκας ἀξιοῦσαν, πολλὰ περὶ σωφροσύνης πρότερον
P. 440 διαλεχθεὶς καὶ τοῦ μὴ δεῖν εἰς τὸν ἄνδρα παρανομεῖν, ἔπει-
τα ἐκέλευεν ἅπτεσθαι τοῦ σιδήρου, ὥσπερ ὁ ἀνὴρ ἠξίου καὶ
τοῦ πυρὸς κατατολμᾷν. ἡ δὲ ἐπανελθοῦσα πρὸς τὸν ἄνδρα,

Eam suspicionem prae zelotypia celare non sustinens, probationes eam poscebat, quibus refutatus suspicari desineret: alioqui exemplo pessimo miseram cruciaturum minabatur, quae tam petulanter matrimonii sacra contaminasset. Probatio haec erat, ut ferrum candens in manus sumeret; aliter credere se non posse. Mulier intelligens, quam periculosum esset, facinus admissum confiteri, quando huic in maritum iniuriae mors esset proposita: et ferri igniti contrectationem intolerabilem manifestum fore indicium turpitudinis; atque ita utrimque ad summam consilii inopiam redacta, ad magnum illum episcopum sibi confugiendum statuit, quem, re tota exposita, oravit, uti se tuendam susciperet neve malo consilio in extremum prolapsam infortunium despiceret; sed virum ab huius experimenti cupidine auctoritate sua averteret doceretque, de quo is suspicionem haberet, id illam non fecisse. Percunctatus episcopus, num libidinis poeniteret et de cetero pudicitiam promitteret, ubi effusissime lacrimantem adspexit et affirmantem audiit, nunquam similia perpetraturam, quin etiam delicti poenas libenter subituram: cum prius de coniugali castitate et de fide legitima viro servanda disputasset, deinde iussit ferrum ignitum, id quod maritus voluerat,

ἐδεῖτο τὴν βάσανον προσάγειν. ἐκεῖνος δὲ, (καὶ γὰρ οὐκ ἠ- A. C. 1341
νείχετο μὴ ἔκ τινος ἀναμφιβόλου τὴν περὶ τὴν γυναῖκα ὑπο-
ψίαν ἀποτρίβεσθαι,) μόνην ἔνδον ἱεροῦ τινος παραλαβὼν καὶ
σίδηρον, ὡς μάλιστα ἐνῆν, ἀπηνθρακῶσθαι πυρὶ παρασκευά-
σας, ἔπειτα λαβόμενος διὰ πυράγρας, ἐπέθηκε ταῖς χερσὶ τῆς
γυναικός. καὶ τὸν ἱερὸν ἐκέλευε σκίμποδα περιιέναι τρίς.
ἐπεὶ δὲ περιῆλθεν ἀπαθῶς κατέχουσα, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν
προσομιλήσαντα πυρὶ, τὴν δύναμιν τῆς ἀληθείας θαυμάσας
ὁ ἀνὴρ καὶ τὴν περὶ τὴν γυναῖκα ὑποψίαν ἀποσκευασάμενος,
ἐκέλευε τὸν σίδηρον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος τιθέναι. ἐπεὶ δὲ ἔκει- B
το, ὑπὸ τῆς ἄγαν πυρακτώσεως τὸν σκίμποδα διατρήσας, κα-
τέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν. τοιαύτης ἦν χάριτος ἠξιωμένος ὁ ἀνὴρ
καὶ πολλὰ θαυμασιώτερα κατεπράξατο, ὡς ὕστερον ἐπιμνησό-
μεθα κατὰ καιρόν.

κη΄. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς εἰς τὴν ὑστεραίαν C
μετὰ τὴν ἀνάῤῥησιν ἐκκλησίαν συναθροίσας ἔκ τε τῆς στρα-
τιᾶς καὶ τῶν συγκλητικῶν ὅσοι παρῆσαν, „ἄνδρες" εἶπε „Ῥω-
μαῖοι, καίτοι καὶ πρότερον πολλάκις τὴν περὶ βασιλίδα καὶ
βασιλέα τὸν υἱὸν ἐμὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν καὶ σπουδὴν
πρὸς ὑμᾶς διεξελθὼν, οὐδέπω μέχρι νῦν ἔσχηκα κόρον τοῦ
μὴ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ διεξιέναι. διὸ καὶ νυνὶ τὸν τὰ πάν-
τα πρὶν γενέσθαι σαφῶς εἰδότα τῶν λεγομένων μάρτυρα ποιοῦ-
μαι, ὡς οὐδὲ μέχρι διανοίας ἐμαυτῷ τι σύνοιδα τῶν ὀρθῶν V. 356

21. τὰ om. P.

fidenter contingere. Illa ad virum redit, explorationem adhiberi petit. Maritus quia facere non poterat, quin aliquo minime dubio argumento suspicione se exsolveret, solam in quoddam templum seducit, ferrumque quantum posset ignescere curans et forcipe corripiens, manibus coniugis imponit ac ter sacrum suggestum circumire iubet. Quod ut fecit tamque illaesa mansit, quam si ignem nullum tetigisset, maritus veritatis vim admiratus, abiecta suspicione, ferrum super suggesto reponi mandat, quem, quia nimium candebat, ustulando penetravit et in terram decidit. Tali gratia Deus virum illum dignatus fuerat et longe mirabiliora edidit, ut infra opportune memorabimus.

28. Imperator Cantacuzenus postridie creationis suae ad concionem advocatis de primoribus et exercitu, qui aderant sic locutus est: Quamquam et antea frequenter, viri Romani, meam erga Augustam ejusque filium imperatorem benevolentiam, alacritatem atque studium apud vos testatus sim, tamen usque hodie eadem semper testificandi nondum me satietas cepit. Quare et in praesentia eum, qui pernovit omnia, priusquam fiant, testem invoco, mihi, ut ulla in re a curriculo rationis deflecterem, ne in mentem

A.C. 1341 παρατραπέντι λογισμῶν, ἀλλὰ πᾶσαν πρόνοιαν ἐποιούμην καὶ
D σπουδὴν, οὐ μόνον τὰ Ῥωμαίων αὔξειν, ἀλλὰ καὶ βασιλίδι καὶ υἱῷ τὴν ἀρχὴν διασώζειν καὶ μηδένα, τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον, ἀδικεῖν ἐᾷν. ἃ ἐχρῆν κἀκείνην συνορῶσαν, τἀληθῆ καὶ δίκαια λογίζεσθαι περὶ ἐμοῦ καὶ μὴ οὕτως ἐρήμην καταψηφίζεσθαι, ἀνθρώποις πεισθεῖσαν συκοφάνταις. ἐπεὶ δ' ἐκείνη τἀληθὲς παραδραμοῦσα προείλετο τὸ ψεῦδος, καὶ μηδὲν ἠδικηκότα, μήτε πρόφασιν πολέμου παρεσχημένον οὐδεμίαν, πολέμιον ἐψηφίσατο αὐτὴ καὶ πάσαις πόλεσιν ἐκήρυξε
P. 441 μὴ δέχεσθαι, ἀλλὰ παντὶ σθένει πολεμεῖν· ἃ ὑμῖν λυσιτελεῖν πρὸς τὰ παρόντα καὶ ἐμοὶ συνέδοξεν, ἀνάγκῃ συνελαυνόμενοι, ἐπράξαμεν. τῆς μὲν οὖν προθυμίας ἕνεκα καὶ τῆς περὶ ἐμὲ εὐνοίας χάριτας ὑμῖν πολλὰς ὁμολογῶ. δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, τὴν ἴσην καὶ αὐτὸν περὶ ὑμᾶς ἐπιδεικνύμενον κηδεμονίαν, ἃ συνοίσειν οἴομαι ὑμῖν ἑκάστῳ καὶ παραινεῖν καὶ ἐπιτρέπειν. οὐ γὰρ ἂν εἴη φιλοῦντος, εἰ τῶν ἰδίᾳ τι ἐμοὶ διαφερόντων ἕνεκα τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας ἀμελοίην. ὅσοις τοίνυν ὑμῶν ἐν αἷς οὐχ ὑπόκεινται πόλεσιν ἡμῖν ἢ κώμαις οἰκίαι τέ εἰσι καὶ τέκνα καὶ γυναῖκες καὶ ἡ ἄλλη τοῦ βίου
B ἀφορμὴ, οὐ χρὴ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας ἕνεκα ἐνταῦθα καρτεροῦντας, τὰ οἰκεῖα ἀπολύειν. ἄτοπον γὰρ τὴν εἰς ἐμὲ φιλίαν μεγάλων αἰτίαν ὑμῖν ὀφθῆναι συμφορῶν. οὐ γὰρ ἀποσχήσονται οὐδενὸς δεινοῦ, οἱ πάντα οὗτοι τολμηταὶ καὶ πέρα τοῦ

quidem unquam venisse, sed in id omnem curam diligentiamque contulisse, non modo ut rem Romanam amplificarem, verum etiam ut imperium imperatrici eiusque filio sartum tectum conservarem: nec, quantum in me esset, ulla eos affici iniuria sinerem. Quae cum et illam non fugerent, vera et iusta de me sentire, nec adeo sycophantis credulam, indicta causa condemnare me oportebat. Quia vero, postposita veritate, mendacium amplecti maluit meque, culpa omni vacantem et nullam bello ansam praebentem, hostem suum declaravit et edictum per omnes urbes de me excludendo et quam acerrime oppugnando promulgavit, quae vobis et mihi in praesens conducibilia apparuerunt, necessitate compulsi fecimus. Vestrae igitur erga me promptae ac studiosae voluntati ingentes ago gratias et aequum arbitror, me pari pro vobis cura sollicitum, quae cum fructu vestro coniuncta puto, ea cuique et suadere et committere. Haud enim amici fungerer officio, si commoda mea privata aliorum saluti anteponerem. Quotquot ergo in urbibus aut vicis nobis non subiectis domicilium habetis et uxores cum liberis aliaque vitae subsidia, non necesse est hic apud me perdurare ac domestica dimittere. Iniquum enim et absurdum foret, amorem, quo me diligitis, vobis magnam parare miseriam: nam audaces isti et rerum

μετρίου νεωτεροποιοί. ἀλλ' εἰς τὰς οἰκίας ἀπελθόντες, τὴν A. C. 1341
ἴσην εὔνοιαν διασώζετε ἡμῖν καὶ, καιροῦ καλοῦντος, ἐπιδεί-
ξασθε". ἔπειτα τοῖς τῶν χρημάτων ἐκέλευε ταμίαις, τοῖς
μὲν μισθοφόροις, εἴ τι τοῦ μισθοῦ ὠφείλετο, ἀποδιδόναι
καὶ προσέτι ἐπεδαψιλεύετο· τοῖς δ' ἄλλοις, ὅσοι ἐκ χωρίων
τὰς προσόδους εἶχον, καὶ αὐτοῖς χρυσίον διανείμας ἱκανὸν,
ἀπέπεμπε πρὸς τὰς οἰκίας, πολλὰς καὶ μεγάλας τῆς κηδεμονίας
ἕνεκα τὰς χάριτας ὁμολογοῦντας καὶ ὡς, ἢν λάβωνται και- C
ροῦ, τῆς εὐεργεσίας ἄξιοι φανεῖσθαι ἐπαγγελλομένους. ὅσοις
δὲ μὴ γυναῖκες ἦσαν καὶ τέκνα, κατεῖχε παρ' αὐτῷ, καὶ εἴ
τις ἕτερος ἑκὼν εἶναι ὑπελείπετο. μετὰ δὲ τοῦτο στρατιὰν
ἀπολεξάμενος ἐκ τῆς παρούσης εἰς τάγματα ἑκκαίδεκα, καὶ
στρατηγοὺς ἐπιστήσας τόν τε πιγκέρνην Ἰωάννην καὶ τὸν γυ-
ναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην τὸν Μανουὴλ, ἐκέλευεν εἰς Βυζάν-
τιον ἐμβαλόντας καὶ περὶ τὸν Μέλανα ποταμὸν στρατοπεδευ-
σαμένους εἴργειν τὴν ἐκ Βυζαντίου στρατιὰν, ὅπως μὴ ἐξί-
οιεν ἐπὶ τὰς αὐτῷ προσχωρησάσας πόλεις. αὐτὸς δὲ παρε-
σκευάζετο ὡς ἅμα τοῖς ἐπιλοίποις στρατιώταις διὰ Πειρίνθου D
καὶ Σηλυβρίας (ἦσαν γὰρ ἐπαμφοτερίζουσαι καὶ μηδετέρῳ
βασιλέων καθαρῶς προσέχουσαι,) διελθὼν καὶ ὑποποιησάμε-
νος, ἅμα πιγκέρνῃ καὶ Ἀσάνῃ τοῖς στρατηγοῖς ἄχρι Βυζαν-
τίου τῶν τειχῶν ἔλθῃ ἀποπειρασόμενος, εἰ προσχωροίη. ἐν
Ἀδριανουπόλει δὲ ἐπεὶ τοῦ Καντακουζηνοῦ βασιλέως ἧκει

6. ἱκανὸν add. M. 8. λάβονται P.

novarum incredibiliter cupidi, nullo non maleficio in vos grassarentur. Sed domos repetentes, eundem adversus me animum retinete et, quando res admonuerit, facto ostendite. Dehinc quaestoribus mandavit, ut si quid stipendiorum deberetur, mercenariis persolverent cum auctario. Aliis quoque ex agris reditus capientibus, auro large distributo, omnes pro cura sui multis verbis egregie gratias agentes, dataque occasione beneficium dignis datum esse demonstraturos pollicentes, domum dimisit. Qui uxoribus et liberis carerent et si quis alius sponte sua remaneret, apud se retinuit. Postea ex praesentium delectu exercitum cohortium sedecim comparavit, quibus Ioannem Pincernam et Manuelem, uxoris fratrem, duces constituit: iussitque in agrum Byzantinum irrumpere et castris ad Nigrum flumen positis, arcere quod erat Byzantii copiarum: ne contra urbes, quae in eius fidem transierant, egredi possent; ipse vero se instruebat, ut cum reliqua manu per Perinthum et Selybriam, (erant enim ancipites neutrique imperatori penitus adhaerebant,) ubi transisset illasque subiugasset, cum Pincerna et Manuele Asane ducibus ad ipsa Byzantii moenia accederet, experturus, ecquid frenum acciperet. Adrianopolin allatis ab imperatore Cantacuzeno litteris, qui-

A. C. 1341 γράμματα, ὥσπερ κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσι κελεύοντα αὐτῷ προσέχειν ἤδη βασιλεῖ γεγενημένῳ, οἱ δυνατοὶ μὲν τῶν πολιτῶν ἐδέξαντο προθύμως καὶ ἐκέλευον τὰ γράμματα ἀναγινώσκεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας. ὁ δῆμος δὲ οὐχ ἡδέως εἶχε, καὶ δῆλοι ἦσαν ὡς νεωτερίσοντες· οἱ δέ τινες αὐτῶν καὶ φανερῶς ἀν-
P. 442 τεῖπον. οὓς ἀπήλαυνον πρὸς ὀργὴν οἱ δυνατοὶ οὐ λοιδορίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ μάστιγι χρησάμενοι. οἱ δὲ τέως μὲν πρὸς
V. 357 τὴν ὕβριν τῶν δυναιῶν διεκαρτέρουν, δεδιότες τε αὐτοὺς οὐκ ὀλίγους ὄντας, καὶ δημαγωγῶν οὐκ ὄντων ἔτι, οἳ πρὸς ὀργὴν διερεθίσουσιν. ἐπεὶ δὲ ἐπεγένετο ἡ νὺξ, Βράνος τις τοὔνομα τοῦ δήμου εἷς, σκαπάνῃ προσέχων καὶ χερσὶ καὶ γλίσχρως ἐκ τούτωνποριζόμενος τὸν βίον, καὶ δύο προσεταιρισάμενός τινας ἑτέρους, οἳ Μουγδουφὴς καὶ Φραγγόπουλος προσηγορεύοντο, νυκτός τε τῶν δημοτῶν τὰς οἰκίας περιιόντες καὶ πείσαντες μὴ ῥαθυμεῖν, ἀλλ' ἐπανίστασθαι τοῖς δυνατοῖς, ὡς οὐκ ἀπαλλαξόμενοι μόνον τῆς ὕβρεως ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ
B τὰς οὐσίας διαρπάσοντες, καὶ χεῖρα οὐκ ὀλίγην συστησάμενοι δημώδη, ἐπιτίθενται τοῖς δυνατοῖς καὶ πάντων κρατοῦσι, πλὴν ὀλίγων, οἳ τὴν ἐπιβουλὴν αἰσθόμενοι, τὸν κίνδυνον διέφυγον, κατακρύψαντες ἑαυτούς. κατακλείσαντες δὲ ἐν τοῖς πύργοις τῆς πόλεως καὶ ἐπιστήσαντες φρουράς, ἐπεὶ καὶ ἡμέρα ἤδη ἦν, πανδημεὶ ταῖς οἰκίαις τῶν ἑαλωκότων ἐπελθόντες, τάς τε οὐσίας διήρπαζον, ἔπειτα καὶ τὰς οἰκίας καθῄρουν, οὐ μόνον τὰς ξυλώσεις περιαιροῦντες, ἀλλ' ὑπὸ μανίας καὶ τοίχους ἄχρι

bus perinde ut aliis urbibus mandabatur, ut sibi de cetero, iam imperatori renuntiato, obtemperarent, potentiores cives libenter eas acceperunt et in concione recitari iusserunt. At populus graviter tulit et seditionem emersuram apparebat; quidam etiam manifeste repugnabant. Quos principes civitatis ira commoti comprehendebant eosque non verbis tantum, verum etiam flagris castigabant. Alii interim propter istam potentum contumeliam se sustinebant, et quod timerent ipsos, quippe non paucos, et quod tribuni, qui plebem concitarent, nulli essent. Ut nox diem abstulit, Branus quidam vocabulo, homo plebeius, ligone victum aegre tolerans, duos sibi alios, Mugduphem et Phrangopulum, adsciscit. Hi noctu infimorum aedes obeuntes hortantesque, ne desiderent, sed in potentiores insurgerent seseque et ab iniuria vindicarent et facultates eorum diriperent, cum multitudinem non modicam conflassent, optimates invadunt omnesque subiiciunt, extra paucos, qui insidias odorati, sese occultando periculum effugerant. Captis illis et per turres urbis distributis custodibusque appositis, die iam claro certatim domos eorum concursant, fortunas diripiunt, aedificia diruunt, non tantum materiaturam et contabulata destruentes, sed prae fu-

θεμελίων διαλύοντες. καὶ οὐδὲν ἦν ὅ, τι δεινὸν μὴ ἐτολμᾶτο A. C. 1341 κατὰ τῶν τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾑρημένων. πολλοὶ δὲ καὶ ἰδίων ἕνεκα διαφορῶν παραπήλαυσαν τῆς τοῦ δήμου φο- C ρᾶς· ἄλλοι δὲ καὶ χρημάτων σφίσιν ὀφειλομένων, ὑπὸ τῶν λαβόντων ᾐτιάθησαν Καντακουζηνισμόν. οὕτω χαλεπὴ στάσις ἐξαρχῆς εὐθὺς ἀνήφθη. ἔδοξε δὴ καὶ μᾶλλον χαλεπωτέρα ἐκ τοῦ πρώτη παρ' αὐτοῖς γενέσθαι, ἐπεὶ ὕστερόν γε καὶ πᾶν τὸ Ῥωμαϊκὸν εἰς ὠμότερα πολλῷ καὶ χαλεπώτερα ἐξετράπη, τῶν μὲν ἑκασταχοῦ δήμων τὸν βασιλέα Παλαιολόγον δεῖν οἰομένων ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπιφημίζειν, τῶν ἀρίστων δὲ ἢ τῇ ἀληθείᾳ τῷ Καντακουζηνῷ προσκειμένων βασιλεῖ, ἢ τῶν ἀπόρων καὶ νεωτερίζειν βουλομένων τὴν ἴσην αἰτίαν ἐπαγόντων οὐκ ἔκ τινος ἐλέγχου. ῥᾷσται δὲ αὐτοῖς ἐγίνοντο αἱ ἐπαγωγαὶ χρήματά τε ἔχουσιν, ἃ ἔδει τοὺς ἀπόρους διαρπάζειν, D καὶ μὴ βουλομένοις τοῖς ἄλλοις ὁμοίως συνασχημονεῖν. καὶ οἵ τε δῆμοι καὶ πρότερον πρὸς τοὺς ἀρίστους ἐκ τοῦ παρ' αὐτῶν ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι ἐν τῆς εἰρήνης τοῖς καιροῖς πολλὴν ἔχοντες ἀπέχθειαν, ἄλλως τε καὶ διαρπάζειν τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐλπίζοντες πολλὰς οὔσας, ἕτοιμοι ἦσαν πρὸς τὰς στάσεις καὶ ἐξ ἐλαχίστης προφάσεως καὶ τὰ δεινότατα ἐτόλμων. οἵ τε στασιασταὶ ὡς ἐπιπολὺ τῶν ἀπορωτάτων καὶ λωποδυτῶν καὶ τοιχωρύχων ὄντες, αὐτοί τε ὑπὸ τῆς πενίας ἀναγκαζόμενοι P. 443 οὐδὲν εἴασαν ἀτόλμητον, καὶ τοὺς δήμους ἐνῆγον πρὸς τὰ ἴσα,

2. τοῦ om. P. 10. αὐτοῖς P.

rore etiam muros usque ad fundamenta evertentes; nec erat quidquam adeo horribile, quod illi contra Cantacuzeni partium studiosos reformidarent. Complures item propter privatas controversias hoc furore populari ad suam utilitatem abusi sunt. Alii praeterea, cum ipsis pecunia deberetur, a debitoribus Cantacuzenismi accusabantur. Ita seditio a principio statim perniciosa exstitit. Visa est autem eo perniciosior, quod apud eos primum facta esset: nam postea nomen totum Romanum ad saevitiam multo immaniorem conversum est, cum ubique populi omnes Palaeologum sibi dominum promulgandum censerent, optimatibus vel sincere a Cantacuzeno stantibus, vel egentibus et rerum novarum studiosis idem criminis loco, sed nulla probatione illis obiectantibus. Facillime porro invadebantur, qui habebant pecunias, quas pauperiores diriperent, et nolebant cum aliis turpiter se gerere. Plebs quoque etiam ante optimatibus infensa erat eo, quod tempore pacis praedae ipsis ac populationi esset. Et cum spes diripiendorum bonorum, nec exiguorum, accederet, a tumultu seditioneque haud abhorrebant: atque ex levissima occasione audebant atrocissima. Seditionum auctores plerique erant egestate perditi, perfossores parietum: et cum ipsi mendicitate coacti, nullum malum facinus detrectarent, vulgus ad similia indu-

A. C. 1341 τὴν πρὸς βασιλέα τὸν Παλαιολόγον εὔνοιαν ὑποκρινόμενοι. διὸ
καὶ πιστοτάτους ἑαυτοὺς προσηγορεύκασιν. ὕστερον δὲ ὥσπερ
τι νόσημα κακόηθες καὶ δεινὸν τὴν πᾶσαν ἀρχὴν ἐπινεμόμενον
Ῥωμαίων, καὶ τῶν πρότερον δοκούντων μετρίων καὶ ἐπιεικῶν
πρὸς τὴν ὁμοίαν ὕβριν ἐξεκαλέσατο πολλούς. ἐν μὲν γὰρ εἰ-
ρήνῃ καὶ πολέμων ἀπουσίᾳ αἵ τε πόλεις καὶ οἱ ἰδιῶται ἀμεί-
νους ἔχουσι τὰς γνώμας καὶ πρὸς αἰσχρὰς καὶ φαύλας πρά-
ξεις ἥκιστα ἂν ἐξάγοιντο διὰ τὸ μὴ ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας
B περιπίπτειν. ὁ δὲ πόλεμος τὴν καθημέραν ἀπορίαν ὑφαιρού-
μενος, βίαιος διδάσκαλος καὶ τῶν πρότερον δοκούντων ἀτολ-
μήτων γίνεται. ἐστασίαζον οὖν αἱ πόλεις πᾶσαι κοινῇ πρὸς
τοὺς ἀρίστους, καὶ οἱ ὑστερίζοντές που πύστει τῶν προγε-
γενημένων πολλὴν ἐπεδείκνυντο ὑπερβολὴν καὶ μέχρι φόνων
V.358 ἐχώρησαν, καὶ τούτων ἀπανθρώπων, καὶ ἥ, τε ἀλόγιστος
ὁρμὴ ἀνδρία ἐνομίσθη καὶ ἡ ἀναλγησία πρὸς τὸ συγγενὲς
καὶ ἀσυμπάθεια βεβαία πρὸς τὸν βασιλέα πίστις· καὶ ὁ μὲν
πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν χαλεπαίνων καὶ πρὸς ὕ-
βρεις ἐξαγόμενος αἰσχρὰς καὶ χαλεπὰς, πιστὸς ἐδόκει, ὁ σω-
φρονῶν δὲ καὶ γλώσσης κρατῶν καὶ τὸ προσῆκον ἦθος δια-
σώζων ὕποπτος ἦν εὐθύς. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐπιβουλεῦσαι
C καὶ ψευδῆ καὶ συκοφαντίας πλάσασθαι δόκησιν συνέσεως
παρεῖχε. καὶ ἡ προδοσία τῶν οἰκειοτάτων ὥσπερ τι τῶν
ἀγαθῶν ἐπετηδεύετο μετὰ ὀνόματος εὐπρεποῦς. οὕτω πᾶσα

cebant, interea se Palaeologi imperatoris cupidos simulantes et se eius fidissimos appellantes. Tandem quasi morbus quidam gravis ac pestifer totum Romanum depastus imperium, multos etiam, qui prius moderati et lenibus videbantur ingeniis, ad similem insolentiam provocavit. Nam in pace, dum bellum abest, cum urbes, tum privati probam mentem possident turpesque et vitiosas actiones nequaquam susciperent: quia scilicet invitos ad id nulla necessitas urget. At vero bellum quotidianam copiam subtrahens et imminuens, violentus magister fit etiam eorum, quae prius nefaria ducebantur. Universae igitur urbes communiter contra optimates insurgebant et si quae forte in eo tardiores fuissent, auditione alibi gestorum postea modum omnem excedebant et usque ad caedes quoque, easque truculentas, procedebant impetusque rationis expers, fortitudo, indolentia erga amicos et a miseratione alienus animus, constans erga imperatorem fides nominabatur: quique imperatorem Cantacuzenum odisset et in eum foeda et acerba maledicta iactaret, fidelis habebatur. Contra modestus et linguae continens et decorum in dictis factisque observans, statim suspectus fiebat. Eodem modo insidias tendere mendaciaque et calumnias comminisci, opinionem prudentiae conciliabat; familiarissimorumque proditioni, velut bono alicui honorifici nominis consectando opera dabatur. Sic omne genus

ἰδέα κακοτροπίας διὰ τὰς στάσεις ταῖς πόλεσι τότε ἐπεδεί- A.C. 1341
χθη καὶ οὐδὲν ἦν, ὅ, τι μὴ οἱ ἐπιεικέστεροι ὑπέμενον. οἱ μὲν γὰρ ἄριστοι αὐτίκα διεφθείροντο, ἢ τὴν προτέραν πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν εὔνοιαν ἐπικαλούμενοι, ἢ τὸ μὴ ἐν τῷ αὐτίκα ἐκείνῳ πολεμεῖν· οἱ μέσοι δὲ τῶν πολιτῶν, ἢ ὅτι οὐ συνηγωνίζοντο τοῖς στασιάζουσιν, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι. καὶ ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νό- D
μους ἀδικεῖν ἀεὶ, τότε μᾶλλον ἔδοξεν ἀκρατὴς μὲν οὖσα πρὸς ὀργὴν, ἢν μὴ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων σωφρονίζηται, κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου, τῶν περὶ τούτου νομίμων ἀνῃρημένων, πολεμία δὲ τοῦ κρείττονος, ἂν περιγίνεσθαι ἐξῇ.

κθ'. Ὁ μέντοι ἐν Ἀδριανουπόλει δῆμος ἐπεὶ τοὺς δυνα- P. 444
τοὺς αὐτῶν δεσμώτας εἰς Βυζάντιον παρέπεμψαν, δείσαντες, μὴ ἐγγὺς βασιλεὺς διατρίβων ὁ Καντακουζηνὸς ἀθρόον αὐτοῖς ἐπιστρατεύσῃ καὶ οὐχ οἷοίτε ἀμύνεσθαι ὦσι διὰ τὸ τοὺς στρατευομένους μικροῦ δεῖν ἅπαντας τοὺς μὲν ἑαλωκέ- B
ναι, τοὺς δὲ μηδὲ τῶν οἰκιῶν προκύπτειν, ἐν αἷς κατεκρύπτοντο, τολμᾷν, ἄλλως τε μηδ' ἐκ Βυζαντίου βοήθειάν τινα σφίσι προσδοκῶντες ἥξειν· (ᾔδεσαν γὰρ ἐκεῖ τὴν Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως στρατιὰν ἐστρατοπεδευμένην·) πρὸς βασιλέα τῶν Μυσῶν πέμπουσι πρεσβείαν, δεόμενοι σφίσι κατὰ τάχος βοηθεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, οὐ διὰ τὴν στάσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ χρήμασι νομίσας, εἰ διαφθείρειε

8. ἔδοξεν M., ἔδειξεν P.

improbitatis et nequitiae propter seditiones tunc per civitates usurpatum est; nec erat quidquam incommodorum, quod boni non perpeterentur. Nam optimates mox e medio tollebantur, aut ob pristinam erga imperatorem Cantacuzenum voluntatem, aut quod tum arma pro illo non capesserent. Medii autem cives trucidabantur, aut quia seditiosos non adiuvarent, aut invidia, quod superessent. Et natura humana, quae etiam contra leges semper peccare consuevit, tunc praecipue impotenter furere videtur, cum a magistratibus non coercetur: lureque ipso potentior, sublatis secundum id legitimis, etiam Deo, si vincere liceat, arma inferre non metuat.

29. Populus Adrianopolitanus, postquam primores civitatis vinctos Byzantium misit, formidans, ne imperator Cantacuzenus prope absens, cum universo exercitu urbem adoriretur: nec posset se defendere, quod milites omnes ferme partim capti essent, partim e domiciliis, ubi latebant, prospicere non auderent: ad haec nullum Byzantio subsidium exspectans: (sciebat enim in eius agris stativa habere Cantacuzenum,) ad regem Moesorum legatos celeres suppetias oratum mittit. Alexander autem, ut erat verisimile, non propter seditionem tantummodo, sed etiam pecunia (si magistratus ut-

A.C. 1341 τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως, πείσειν αὐτῷ ῥᾳδίως προσχωρή-
σειν, ἧκεν εἰς Ἀδριανούπολιν οὐδὲν μελλήσας. τῶν μὲν οὖν
C μελετωμένων ἤνυσεν οὐδέν. οἱ γὰρ τὴν πόλιν ἄγοντες σύμ-
μαχον ἔφασαν, οὐ δεσπότην κεκληκέναι. βασιλέα δὲ τὸν Καν-
τακουζηνὸν οὐ τὰ τυχόντα ἔβλαψεν ἡ ἐκείνου ἄφιξις, νομι-
σθεῖσα παρὰ πᾶσιν ὡς ὑπὲρ βασιλίδος ἐγεγόνει. ἥτε γὰρ
πρὸς τὸν Μέλανα ποταμὸν ἀπεσταλμένη παρ' ἐκείνου στρα-
τιὰ καὶ οἱ στρατηγοί, μὴ νομίσαντες λυσιτελεῖν ἐνταῦθα δι-
ακινδυνεύειν, τοῦ βασιλέως σφίσι πολιορκουμένου παρὰ τῶν
Μυσῶν, ἐπανεζεύγνυον. ἐν δὲ τῇ ἀναχωρήσει τῶν τε συγ-
κλητικῶν τινες καὶ οὐκ ὀλίγοι στρατιῶται τοὺς στρατηγοὺς
καταλιπόντες, διεδίδρασκον εἰς Βυζάντιον. ὧν ἦν καὶ ὁ Βα-
τάτζης Ἰωάννης, τάξιν ἄγων τὴν Ἀχυραϊτῶν προσαγορευο-
V. 359 μένην. καὶ αἱ τῆς Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας πόλεις, ὅσαι βα-
σιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ὑπήκοοι ἦσαν, τὴν ἐσβολὴν τῶν Μυ-
D σῶν πυθόμεναι ὡς κατὰ βασιλέως γένοιτο, πλὴν ὀλίγων λίαν
πρὸς βασιλίδα συναπέστησαν καὶ τούς τε ἄρχοντας αὐτῶν
καὶ τῶν πολιτῶν συλλαμβάνοντες τοὺς δυνατούς, ὑπὸ δεσμοῖς
εἰς Βυζάντιον ἀπεκόμιζον. τὰ ἴσα δὲ καὶ αἱ κατὰ τὴν Ῥο-
δόπην πόλεις ἔδρων· καὶ κοινὸς ἦν ὁ πόλεμος πρός τε Καν-
τακουζηνὸν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς παρ' ἑκάστοις δυνατούς.
σχεδὸν γάρ τοι εἰς δύο διῄρητο τὰ τῶν πολιτειῶν, καὶ οἱ
μὲν ὀλίγοι τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἔδρων, οἱ δῆμοι
δὲ ὑπὸ τῶν στασιαστῶν ἀγόμενοι καὶ τῶν ἀπόρων, τὰ βα-
σιλίδος ᾑροῦντο μᾶλλον. κρείττους δὲ οἱ πολλοὶ πανταχοῦ

bis videlicet corrupisset) deditionem civibus se persuasurum opinatus, citra prolationem Adrianopolin venit. Sed frustra fuit: urbis enim rectores socium se, non dominum vocasse aiebant. At enim Cantacuzeno eius adventus non vulgariter nocuit, omnibus eum imperatricis causa advenisse existimantibus. Nam et missum ab illo agmen ad flumen Nigrum et duces, rati non expedire illic manere cum periculo, imperatore a Moesis obsesso, recesserunt: nonnullique primarii ac bona pars militum, relictis ducibus, Byzantium aufugerunt, e quibus erat Ioannes Batatzes, Achyraïtarum aciei praepositus. Et Thraciae Macedoniaeque oppida, quotquot in Cantacuzeni ditionem se tradiderant, paucis admodum exceptis, ut Moesos contra eum irruisse intellexerunt, simul ad Augustam defecerunt locupletioresque cives, cum praefectis vinculis constrictos, Byzantium deportarunt. Similia Rhodopes oppida designarunt; communeque adversus Cantacuzenum et potentiores cuiusque oppidi cives bellum gerebatur: ferme enim in duas factiones discesserant, paucisque a Cantacuzeno facientibus, plebs a seditiosis et egentibus sollicitata, imperatrici favebat potius; ubique autem popularis multi-

γινόμενοι, διέφθειρον τοὺς δυνατοὺς, καὶ σύγχυσις δεινὴ A. C. 1341 καὶ ἀταξία τὰς πόλεις κατεῖχεν. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μυσῶν P. 445 βασιλεὺς ἐπεὶ τὴν Ἀδριανοῦ κατασχεῖν οὐκ ἠδυνήθη, πρὸς Διδυμοτείχῳ ἐστρατοπέδευσεν ἐλθὼν, μήπω διαβὰς τὸν Ἕβρον. στρατιὰν δὲ ἀπολεξάμενος ἐκ τῆς ἰδίας οὐκ ὀλίγην, πρὸς τὰς κατὰ Θράκην ἐξαπέστειλε πόλεις ληϊσομένους. οὕτω δὲ συμβὰν, ἡ ἐκ Βυζαντίου μετὰ Ἀγγέλου τοῦ πιγκέρνη ἀναστρέφουσα στρατιὰ, οὐκ ὀλίγοις αὐτῶν περιτυχοῦσα καὶ κρείττων γενομένη, ἀπέκτεινε κατὰ τὴν μάχην. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ παράλια τῆς Θράκης χωρία στρατιὰ Περσικὴ ἐπὶ λείαν καὶ αὐτὴ περαιωθεῖσα, τοῖς ὑπολοίποις τῶν Μυ- B σῶν κατὰ τύχην συντυχοῦσα, ἀπέκτεινέ τε καὶ εἷλε ζῶντας ἐξ αὐτῶν πολλούς. οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὸ στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπανῆλθον, οὐ μόνον ἔχοντες μηδὲν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων πολλοὺς ἀποβαλόντες. Ἀλέξανδρος δὲ καίτοι πρότερον καταφρονητικῶς πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα διακείμενος, οἷα δὴ οἰόμενος μηδὲ ὀλίγα δυνάμενον ἀντιτάττεσθαι πρὸς αὐτὸν, πρὸς τῷ πληγῆναι ἀμφοτέρωθεν ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, ἔτι καὶ τὸν βασιλέα πυθόμενος ἐν Διδυμοτείχῳ στρατιᾶς πολλῆς καὶ ἀγαθῆς εὐπορεῖν, ἔδεισε καὶ περὶ τῶν ὑπολοίπων, μὴ οὐκ εἰς ἀγαθὸν αὐτῷ ἡ τόλμα ἀποβῇ, καὶ πέμψας πρεσβείαν, διελέγετο περὶ εἰρήνης. τῶν δὲ βασιλεῖ συνόντων οἱ ἐν ἡλικίᾳ καὶ θρασύτεροι τὰς ὁρμὰς, μὴ C δέχεσθαι παρῄνουν τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ἐξώρμων βασιλέα μᾶλ-

7. μετὰ om. P.   13. τὸ ante στρατόπεδον add. M.

tudo superior, ditiores interimebat, miseraque confusio ac perturbatio urbes occupabant. Alexander cum Adrianopolim obtinere nequivisset, prope Didymotichum, Hebro nondum transito, castra locavit delectamque de exercitu manum non modicam ad urbes Thraciae depopulandas misit. Tum qui ex agro Byzantino cum Angelo pincerna revertebantur, plurimis eorum obvii, conflictu eos occidunt. Similiter circa maritima Thraciae loca Persae, cum et ipsi populatum transmisissent, reliquis Moesis casu occurrentes, aliquot interfectis, complures capiunt: ceteri ad exercitum suum non modo sine praeda, sed et multis suorum amissis, se recipiunt. Alexander quamquam prius Cantacuzenum contemneret, quod sibi ne paulum quidem resistere posse opinaretur, cum, praeterquam quod utrinque et a Romanis et a Persis fusus esset, audisset insuper, ipsum Didymotichi habere magnum numerum strenuorum militum, reliquiis suis timuit, ne forte secus eveniret audacia; missisque oratoribus de pace egit. Quae imperatori militabat iuventus, aetatis fervore animosior, pacem dissuadere magisque ad proelium impel-

A. C. 1341 λον πρὸς τὴν μάχην. ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, πρὸς οὐδὲν οἰόμε-
νος τὸν πόλεμον αὐτοῖς λυσιτελήσειν. „εἰ μὲν γὰρ πρὸς μό-
νους" ἔφασκε „Μυσοὺς ἦν ὁ ἀγὼν ἡμῖν, εἶχεν ἄν τινα ἡ
τόλμα λόγον· νυνὶ δὲ οὐ μᾶλλον τούτους ἡμᾶς, ἢ ὅπως Βυ-
ζαντίους ἀμυνούμεθα χρὴ σκοπεῖν. ἄν τε γὰρ νικήσωμεν
Μυσούς, οὐδὲν ἔσται πλέον, ἢ ὅπως ἐνθένδε ἀπελάσωμεν·
ὅπερ αὐτοῖς ἀνάγκη πράττειν, ἄν τε ἡττηθῶσιν, ἄν τε μή.
ἐὰν δὲ ἡττώμεθα αὐτοί, ὥσπερ καθ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξεπίτη-
D δες στρατηγήσομεν τοῖς πολεμίοις. ὥστε τί ἂν εἴη μᾶλλον
ἐκείνοις ἥδιον καὶ λυσιτελέστερον, ἢ ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπ' ἀβου-
λίας ἃ ἐκείνοις εὐχῆς ἄξια νομίζεται, ποιεῖν; ἄλλως τε οὐδὲ
Ἀλεξάνδρου πρόφασιν ἡμῖν δικαίαν πρὸς τὸν πόλεμον παρε-
σχημένου, ἀδικοίημεν ἄν, εἰ μὴ διαλύεσθαι ἐθέλοιμεν. οὐ γὰρ
ἡμῖν γε ἐπεστράτευσεν, ἀλλ' ἐφ' ἑτέραν πρόφασιν ἐλθών, ἄκων
ἔβλαψεν ἡμᾶς· ὥστε καὶ ἐκ τοῦ μὴ λυσιτελεῖν ἡμῖν τὸν πό-
λεμον καὶ ἐκ τοῦ μὴ πρόφασιν δικαίαν εἰληφέναι τὴν εἰρή-
νην μᾶλλον αἱρετέον." τοιαῦτα εἰπών, τοὺς πρέσβεις προσ-
εκαλεῖτο καὶ ἐχρημάτιζε περὶ σπονδῶν. καὶ ἐπεὶ κἀκεῖνοι
διαλύεσθαι ἦσαν ἕτοιμοι, αὐτοῖς μὲν δῶρα παρασχών, ἀπέ-
πεμπεν εἰς τὸ στρατόπεδον. πρεσβείαν δὲ πέμψας πρὸς Ἀ-
λέξανδρον, καὶ αὐτὸς ἐβεβαίου τὰς σπονδάς. βουλομένων δὲ
τῶν βασιλέων καὶ ἀλλήλοις συνελθεῖν ἐπὶ φιλίας μᾶλλον βε-
P. 446 βαιώσει, διεκώλυσεν ὁ χειμὼν ἐπιγενόμενος σφοδρός· ὑφ'

6. ἀπελεύσονται M. mg.

lere. Ille repudiare consilium, ut parum utile. Si enim, inquiebat, cum solis Moesis certamen nobis esset, non sine aliqua ratione auderemus: nunc non magis quomodo horum, quam quomodo Byzantiorum a nobis vim prohibeamus, considerandum est. Sive enim Moesos vicerimus, nihil consequemur aliud, quam ut hinc abeant; quod quidem necessario iam facere debent: sive vincamur ipsi, velut de industria hostes contra nosmet, tamquam duces eorum, adducemus. Quid igitur illis iucundius atque fructuosius, quam nos ipsos stultitia quadam committere, quod ipsi ut difficile votis expetendum censent? Ad haec cum Alexander iustam nobis pugnae occasionem non obtulerit, iniusti simus, nisi pacem cum eo coniungamus; non enim nos petivit, sed cum alia de causa huc venisset, nobis haud volens nocuit. Quare quia nec profutura est nobis dimicatio, nec idonea eius causa offertur, pax amplectenda est. His dictis legatos accersit; de foedere respondet et ad id promptos donis honorat atque ad suos remittit; ipseque per suos ad Alexandrum legatos foedus confirmat. Dum autem reges ad constabiliendam amicitiam pararent convenire, hiemis intervenientis asperitas rem distinuit: prae qua cum Moesi in tabernaculis perdurare

οὐ μὴ δυνάμενον τὸ στράτευμα Μυσῶν διακαρτερεῖν ἐπὶ A. C. 1341
σκηναῖς ἀνεζεύγνυον εἰς τὴν οἰκείαν, στρατιωτῶν τε καὶ ἵπ- V. 360
πων αὐτοῖς ὑπὸ κρύους τινῶν ἀπολομένων. μετὰ τοῦτο δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς πρὸς βασιλίδα πρεσβείαν αὖθις ἔπεμψε περὶ εἰρήνης. ἠξίου τε, μὴ διὰ τὴν προτέραν κακοβουλίαν τοῖς ἴσοις ἢ καὶ χείροσιν ἐπιχειρεῖν, ἀλλὰ συνιδόντας ἐκ τῶν πραττομένων, ὡς οὐκ ἂν λυσιτελήσειεν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ τὰ Ῥωμαίων ἄρδην διαφθερεῖ, αἱρεῖσθαι τὴν εἰρήνην. καὶ γὰρ καὶ αὐτόν, καίτοι δυνάμενον ἀμύνεσθαι τοῖς ἴσοις, καταθέσθαι μάλιστα τὸν πόλεμον ἐθέλειν τοῦ
κοινῇ λυσιτελοῦντος ἕνεκα. ἐπρέσβευον δὲ ὅ,τε πρότερον ἥκων B
εἰς πρεσβείαν Δημήτριος ὁ Σγουρόπουλος καὶ ὁ Πόθος Ἰωάννης, τοῖς Ἀγγέλῳ τῷ πιγκέρνῃ οἰκείοις συγκατειλεγμένος. πρὸς μὲν οὖν τὴν πρεσβείαν οἱ ἐν Βυζαντίῳ τὰ βασιλίδος διοικοῦντες ἀπεκρίναντο οὐδέν. τῶν πρέσβεων δὲ τὸν ἕτερον μὲν ὀλίγα λοιδορήσαντες, εἶχον ἐν φρουρᾷ· Σγουρόπουλον δὲ πολλὰς αἰκισάμενοι πληγὰς καὶ τὴν ὑπήνην περικείραντες καὶ κεφαλήν, ἐπόμπευον ἐπὶ τῆς δημοσίας ἀγορᾶς. εἶθ' ὑπὸ κλοιοῖς κατεῖχον κατακλείσαντες δεσμωτηρίῳ. τὴν διαφορὰν δὲ τῆς τιμωρίας ἐνεποίει τὸ τὸν μὲν ἐκ τῶν οἰκείων βασιλέ-
ως εἶναι, εἰς οὓς ἔδει πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι πικρίαν καὶ μη- C
δεμίαν ὕβρεως ἐλλείπειν ὑπερβολήν· ἅμα μὲν κἀκεῖνον δι' αὐτῶν ἡγουμένους ἀτιμοῦν, ἅμα δ' ἵνα καὶ πρὸς ἄμυναν διερεθίζωσιν, ἀποθέμενον τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης λογισμούς.

nequirent, militibus et equis aliquot enectis frigorum magnitudine, domum reverterunt. Post haec imperator Cantacuzenus Augustam de pace iterum appellat petitque, ne, qua prius temeritate, paria aut deteriora etiam in posterum aggrediatur. Quin potius cum ex anteactis iam cognoverit, bellum istuc Romanum imperium funditus perditurum, pacem admittat: se quoque, licet par pari referre possit, communis boni causa ab armis libentissime discessurum. Legatus erat, qui et alias, Demetrius Sguropulus, et una Ioannes Pothus ex Angeli pincernae domesticis. Ad legationem qui Byzantii pro imperatrice tractabant imperium, nihil respondent, sed legatum alterum multis adspersum conviciis in custodiam compingunt; Sguropulum vero verberibus indignissime coopertum pilisque barbae et capitis nudatum, in foro ut in pompa publice spectandum statuunt. Deinde iniectis collo vinculis, in carcerem trudunt. Supplicii differentiam faciebat, quod hic esset ex imperatoris familiaribus, in quos oporteret omnem acerbitatem effundere nullamque, quantumvis atrocem, iniuriam non conferre: cum hoc modo se ipsum Cantacuzenum ignominia in illis multare arbitrarentur, simul ut eum ad ultionem, pacis cupiditate abiecta, irritarent. Erant siquidem

A. C. 1341 ἐδεδίεσαν γὰρ, μὴ καὶ τῆς βασιλίδος τὴν εἰρήνην ἑλομένης, ἀπόλωνται αὐτοὶ, τῶν παρόντων κακῶν αἰτιώτατοι ὀφθέντες. τὸν Πόθον δὲ ἐσκέπτοντο μετὰ μικρὸν τοῦ δεσμωτηρίου ἀπολύσαντες, Πιγκέρνῃ προσπέμψαι, πολλὰ ἐπαγγελλόμενοι καὶ θαυμαστὰ, εἰ βασιλέως ἀποστὰς ἕλοιτο μᾶλλον σὺν αὐτοῖς ἐκείνῳ πολεμεῖν. διὸ καὶ προσηνέστερόν πως προσηνέχθησαν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ Συραλὴν κρατήσαντες πρὸς Χίον δια-
D περαιούμενον ἐπὶ βασιλέως, ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν οἰκειοτάτων ἐκείνῳ ἦν, ἀγαγόντες πρὸς Βυζάντιον καὶ τρίχας καὶ γένειον περιελόντες, ὄνῳ τε ἐπιθέντες τετραμμένον ἐπὶ τὸν πρωκτὸν, ἠνάγκαζον τὴν ὄνου κατέχειν οὐρὰν ἐφ' ὕβρει πλείονι. καὶ τοῦτον ἐθριάμβευον τὸν τρόπον.

P. 447 λ'. Ἐπεὶ δὲ αἱ πόλεις πᾶσαι πλὴν Παμφίλου καὶ Κοπρίνου πόλεων κατὰ τὴν Θρᾴκην καὶ φρουρίου τινὸς Ἐμπυ-
B θίου προσαγορευομένου, ὅπερ ἐγγὺς Διδυμοτείχου πολλοῖς πρότερον χρόνοις ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἐδείματο ὁ βασιλεὺς, πρὸς βασιλίδα συναπέστησαν, ὥσπερ ἐκ συνθήματος τά τε
V. 361 βασιλέως διηρπάζετο ἐν πάσαις σχεδὸν διεσπαρμένα, (ἃ καὶ μᾶλλον ἔπεισε τοὺς ἑκασταχοῦ ἐκπολεμωθῆναι πρὸς αὐτὸν, ὁρῶντας οὐκ ὀλίγον τὸ κέρδος τοῦ πολέμου,) καὶ τὰ τῶν ἐκείνῳ προσεχόντων ἢ ἀληθῶς, ἢ καὶ ὑποπτευομένων ἔκ τινος αἰτίας. τὸν μὲν οὖν τῶν χρημάτων ἀριθμὸν, ὅσος ἐν Βυζαντίῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὑπὸ τῶν τὰ βασιλίδος

8. ἐκ βασιλέως M. 13. Κοπρίνου M. quoque, non, ut Intpr. legit, Πρίνου.

in timore, si imperatrix pacem non respueret, ne ipsi ut malorum istorum capita et auctores pessum irent. Pothum vero, paulo post e carcere liberum, ad pincernam remittere decernebant cum pollicitationibus multis et eximiis, si se contra imperatorem vellet socium adiungere. Quare et mitius aliquanto eum habuerunt. Non diu post etiam Syralem, missu imperatoris in Chium navigantem, ut eius familiarissimum interceperunt ac Byzantium perductum, mento et capite rasis, asino imposuerunt, sic, ut facie ad clunes obversus, maioris causa dedecoris caudam bestiae pro freno tenere cogeretur. Et ad hunc quidem modum isti triumpharunt.

30. Postquam urbes omnes, praeter Pamphilum et Coprinum in Thracia et castellum quoddam Empythium nomine, quod prope Didymotichum multo antea a fundamentis Cantacuzenus aedificarat, ad imperatricem quasi per coniurationem desciverunt, eius opes in singulis propemodum collocatae diripiuntur, quae etiam cuilibet earum ad arma in eum capessenda incitamento erant, belli lucrum non exiguum cernenti. Eorum item fortunae, qui aut vere illi favebant, aut ob aliquam causam favoris et gratiae suspecti erant.

πραττόντων διηρπάγη βασιλέως τε καὶ τῆς μητρὸς, σαφέ- A. C. 1341
στατα εἰπεῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τῶν ἐχόντων αὐτῶν εἰδότων C
ὑπὸ πλήθους ἀκριβῶς. βοσκημάτων δὲ βοῶν μὲν ἀγέλαι πολλαὶ, ἐς πεντακισχιλίας ἔχουσαι νομάδας· ζεύγη δὲ, οἷς ἐχρῆτο πρὸς τὰς γεωργίας, χίλια· ἵπποι θήλειαι νεμόμεναι πεντακόσιαι πρὸς δισχιλίαις, κάμηλοι διακόσιαι, ἡμίονοι τριακόσιαι, ὄνοι δὲ πεντακόσιοι· συβώσιά τε ἐς πέντε μυριάδας ἔχοντα συῶν, καὶ προβάτων μυριάδες ἑπτά· καρπῶν δὲ ἄπιστόν τι χρῆμα καὶ δυσαρίθμητον κομιδῇ. ὧν ἁπάντων ἐν χρόνῳ ἀποστερηθεὶς βραχεῖ, οὐδὲν ἀγεννὲς ἢ μικρόψυχον ἐφθέγξατο· ἐκεῖνο δὲ ἠνία μόνον, ὅτι εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἀνάλωτο τῷ κοινῷ. αὐτὸς γὰρ ἰσχυρίζετο οὕτω διανενοῆσθαι,
ὡς πάντα ἀναλώσων τῆς Ῥωμαίων ὠφελείας ἕνεκα. ἐν Βυ- D
ζαντίῳ δὲ τοῦ στρατεύματος ὁ τοῦ βασιλέως κηδεστὴς Ἀνδρόνικος ὁ Ἀσάνης στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς καὶ τὸν πρὸς τὸν γαμβρὸν πόλεμον ἀναδεξάμενος, ἄρας ἐκεῖθεν, τὰς κατὰ Θρᾴκην περιῄει πόλεις, πάντων προθύμως ὑποδεχομένων καὶ συναιρομένων πρὸς τὸν πόλεμον τὰ δυνατά. βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς πολλῆς μὲν καὶ ἀγαθῆς εὐπόρει στρατιᾶς· στρατεύεσθαι δὲ ἀμήχανον ἦν διὰ τὴν ὥραν, καταφυγὴν τῆς στρατιᾶς πρὸς τοὺς ὑετοὺς καὶ τὴν χιόνα οὐκ ἐ-
χούσης, ἐκπεπολεμωμένων ἤδη πάντων. ὅθεν, εὐδίας μὲν P. 448

6. χιλίαις M. pro δισχιλίαις.

Quantum igitur pecuniae imperatori et matri eius Byzantii et in aliis civitatibus ab imperatricis factione ablatum sit, non potest ad unguem dici: cum nec ipsis, qui eam asservabant, propter granditatem numerus eius plane constiterit. Pecorum autem, boum quidem pascualium in multa armenta dispertitorum fuerunt ad quina millia, ruricolarum iuga mille: equae pascuales mille quingentae, cameli ducenti, muli trecenti, asini quingenti. Greges suilli ad quinquaginta millia porcorum continentes; ovium septuaginta millia; frugum acervi incredibiles et omnino innumerabiles. Quibus omnibus brevi tempore spoliatus, nihil imbelle aut pusillanimum locutus est. Illud dumtaxat ei tristitiam movebat, quod tantae opes ad nullum rei publicae commodum, (in cuius emolumentum ipse omnia impendere se cogitasse affirmabat,) converterentur. Byzantii copiarum dux Andronicus Asanes, Cantacuzeni socer, declaratus, bello contra generum recepto, inde profectus, Thraciae urbes obibat, omnibus eum cupide excipientibus et quantum poterant adiuvantibus. Cantacuzenus cum numerosum haberet fortemque exercitum, educere illum propter anni tempestatem nequibat: quod militibus adversus pluvias et nives nusquam pateret perfugium, iam omnibus ut hostem adversantibus. Unde tranquillo coelo urbes

A.C. 1341 οὔσης, τὰς παρακειμένας κατέτρεχον πόλεις καὶ κακῶς ἐποίουν, τῆς ἐκ Βυζαντίου στρατιᾶς πρὸς τὰς πόλεις καταδυομένης καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν οὔσης δυνατῆς. ἐπεὶ δ' ἀναχωροῖεν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἐκβιαζόμενοι ἐκεῖνοι, αὖθις οἱ Βυζάντιοι ἀναθαρσοῦντες ταῖς πόλεσιν ἐπέκειντο, αἳ πολέμιοι ἐδόκουν. καὶ ἡ χώρα πᾶσα ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων δῃουμένη, μετανίστατό τε εἰς τὰς πόλεις καὶ οὐδὲν ἦν ὅ, τι οὐκ ἔπασχε δεινὸν, καὶ σκυθικὴ ἐρημία ἡ κατακράτος οἰκουμένη Θρᾴκη ἀπεδείκνυτο οὐκ ἐν μακρῷ, καὶ ἡ Ῥωμαίων ἰσχὺς ὑφ' ἑαυ-
B τῆς ἐδαπανᾶτο καὶ διεφθείρετο. οὐ μὴν οὐδὲ οἱ βάρβαροι ἠμέλουν, ἀλλ' εἰδότες, ὡς ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ διῄρηται καὶ στασιάζει πρὸς ἑαυτὴν, ἐκ τῆς Ἀσίας περαιούμενοι καὶ ἵπποις καὶ πεζῇ, τὰ μέγιστα ἐκάκουν, οὐδενὸς ἀνθισταμένου. καὶ τὰ παράλια πάντα ἐν βραχεῖ κενὰ ἀνθρώπων ἀπεδείκνυσαν, πάντας ἐξανδραποδιζόμενοι, πλὴν ὅσοι πόλεις ἢ φρούρια κατῴκουν. ὕστερον δὲ ἐκείνων ἀναλωθέντων, καὶ πρὸς τὴν μεσόγειαν ἐχώρησαν. οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι οὕτω τοῦ χειμῶνος διετέλεσαν ἀλλήλοις ἀντεπεξιόντες καὶ βλάπτοντες ὅσα δυνατά. Διδυμοτείχῳ δὲ ἡ ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ οὐδέποτε ἐτόλμησεν ἐπιστρατεῦσαι, παρόντος βασιλέως. οἱ μέντοι ἐκ Τζερνομιάνου φρουρίου τινὸς οὐ πόῤῥω Διδυμοτείχου
C κατῳκισμένου, οὐ φαῦλά τινα λῃστεύοντες ἐκάκουν. σχεδὸν γὰρ οὐ διέλιπον ἀεὶ νυκτὸς τὰ τείχη περιιόντες καὶ λῃστεύοντ-

22. ᾠκισμένου P.

finitimas incursionibus lacessebant, cum interea Byzantinae copiae in civitates se abderent, neque adspectum eorum ferrent: quibus coeli iniuria cogente recedentibus, rursum Byzantii receptis animis, urbes, inimicae quae videbantur, premebant, totaque regio velut ab hostibus vastata et nihil cladis non sustinens, in oppida commigrabat. Atque ita Thracius orbis parvo spatio vi et grassationibus ad Scythicam solitudinem redigebatur: Romanorumque vires semetipsas absumebant ac deperdebant. Nec tamen barbari opportunitatem negligebant, sed cum Romanorum exercitum divisum et discordiis intestinis laborantem comperissent, cum equitatu et peditatu ex Asia traiicientes, immania detrimenta, nullo obsistente, dabant locaque omnia mari vicina brevi tempore hominibus vacuefaciebant: omnibus, nisi qui urbes aut castella habitarent, in servitutem raptis. Tum deinde etiam in mediterranea pergebant. Romani vero tota hieme velitabantur et damna vicissim quantum poterant creabant. Ad Didymotichum, ubi erat imperator, Byzantini nunquam se admovere ausi sunt; quamquam ex proximo castello, cui nomen Zernomianum, direptionibus non parum infestabatur. Ferme enim in noctes singulas moenia obeuntes, quae inveniebant, auferebant, nec propter paucitatem modo, sed usum etiam falle-

τες, οἷς ἂν ἐντύχοιεν. ἐλάνθανον δὲ οὐ δι' ὀλιγότητα μόνον, A. C. 1341
ἀλλὰ καὶ δι' ἐμπειρίαν. ἦσαν γὰρ περὶ ληστείας κάλλιστα ἐξησκημένοι. προλοχήσαντες δὲ οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ στρατιῶται, ἐπεὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰς ληστείαν αὖθις ἧκον πλείονες ὄντες τῶν ἐπιέναι εἰωθότων, οὐκ ὀλίγους ἀπέκτειναν αὐτῶν τοῦ V. 362
λόχου ἀναστάντες. βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς διενοεῖτο μὲν ὡς ἅμα ἦρι Βυζαντίῳ ἐπιστρατεύσων καὶ πειρασόμενος, εἰ δύναιτο ἑαυτῷ ὑποποιεῖν· ὅμως τοῦ χειμῶνος τοῖς ἐν Ἀδριανουπόλει ἄρχουσι προσπέμπων κρύφα καὶ διαλεγόμενος, ἔπεισε τὴν πόλιν ἐγχειρίζειν. καὶ ἐπεὶ συντέθειτο ἡμέρα, καθ' D
ἣν ἔδει ἐπελθεῖν, τὴν οὖσαν στρατιὰν παραλαβὼν καὶ προσποιησάμενος ἐφ' ἑτέρας τῆς Θρᾴκης βαδιεῖσθαι πόλεις, ὡς πολιορκήσων, ἵνα μὴ ὑπό του τῶν τὰ βασιλίδος ᾑρημένων πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ ἡ ἔφοδος μηνυθῇ, παρὰ τὸν Ἕβρον ἐστρατοπέδευσεν, ὡς περαιωσόμενος εἰς τὴν ὑστεραίαν. πέμψας δὲ καὶ πρὸς Πιγκέρνην τὸν ἀνεψιὸν, τὸ Πάμφιλον ἅμα χιλίοις φρουροῦντα στρατιώταις τήν τε ἀκρόπολιν ἑτέροις ὁπλίταις καὶ ψιλοῖς τοξόταις ἑκατὸν, ἐκέλευε τὴν ἐν τῇ ἀκροπόλει φρουρὰν καταλιπόντα καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς ἱππικῆς τριακοσίους, ὥστε φρουρεῖν τὴν κάτω πόλιν, τοὺς λοιποὺς ἀναλαβόντα, ἥκειν πρὸς αὐτόν· ἐδήλου δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, P. 449
ἧς ἕνεκα καλοῖτο. ὁ δ' ἡγησάμενος τὴν ἐν τῇ ἀκροπόλει μόνην φρουρὰν ἀρκέσειν πρὸς κατάσχεσιν τῆς πόλεως, τοὺς ἱππέας ἅπαντας παραλαβὼν, ἧκεν ὡς βασιλέα. τῆς αὐτῆς δὲ νυκτὸς τοῦ βορέα πνεύσαντος δριμύτερον, ἅμ' ἡμέρᾳ κρυστα-

21. ἥκει P.

bant: erant siquidem in praedando multo exercitatissimi. Ubi ad praedandum more suo et quidem plures solito redierunt, milites apud Didymotichum ex insidiis prorumpentes, bonam partem occiderunt. Imperator Cantacuzenus, etsi principio veris Constantinopolim cogitabat invadere tentareque, an eam posset subigere, nihilo minus ipsa hieme ad magistratus Adrianopolim occulte mittit et ad urbem tradendam eos allectat. Dies quo veniat praefinitur. Ille assumpto exercitu ad alias Thraciae urbes iturum illasque obsessurum fingens, ne, qui ab Augusta stabant, infestum eius accessum Adrianopolim nuntiarent, supra Hebrum, ut postridie militem transducturus, castra facit. Mittit quoque ad pincernam consobrinum, qui cum millenario Pamphilum servabat et arcem cum aliis gravis armaturae ac sagittariis centum; mandat, ut relicta arcis custodia, et ex equitatu trecentis, qui inferiorem urbem tuerentur, cum cetero agmine ad se veniat: causam insuper addit, cur eum vocet. Pincerna opinatus solum arcis praesidium urbi servandae sufficere, cum toto equitatu adest. Cum autem per noctem illam Boreas spi-

A. C. 1341 λοῦσθαι ἤρχετο ὁ ποταμὸς καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ἅπας διεφαίνετο κρυσταλωθείς. οὔτε δὲ τοσοῦτον εἶχε στεῤῥότητος ὁ πάγος, ὥστε στέγειν τοὺς ἱππέας ἐπ' αὐτὸν περαιουμένους, οὔτε τοῖς συνήθεσιν ἀκατίοις πρὸς τὸν πόρον δίοδον παρεῖχεν. B ἀλλὰ τοῦ μὲν στεῤῥότερος ἐφαίνετο, τοῦ στέγειν δὲ τοὺς ἵππους ἀδρανέστερος. διὸ καὶ ἀπορίαν πολλὴν παρεῖχε πρὸς τὸν πόρον. δυοκαίδεκα μὲν οὖν ἐστρατοπεδεύετο ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς ἡμέρας, περιμένων εἰ τρόπῳ δή τινι ἐγγένοιτο τὸν Ἕβρον διαβῆναι. ἐν ταύταις δὲ ἐκ Βυζαντίου τῇ Ἀδριανοῦ ἐπιγενόμενοι στρατιῶται ἑξακόσιοι τὴν ἐπιχείρησιν ἀφείλοντο. ἐν Παμφίλῳ δὲ ἐπεὶ ὁ Πιγκέρνης οὐ παρῆν, ἔχων τὴν στρατιὰν, ἣν ἐκεῖνοι ἐδεδοίκεσαν νεωτερίζειν, πρότερον τῶν φρουρῶν τινας χρήμασι διαφθείραντες καὶ πείσαντες τὰ ἀγγεῖα λάθρα ἐκκενοῦν, ἐν οἷς ὕδωρ αὐτοῖς καὶ οἶνος καὶ εἴ τι ἕτερον ὑγρὸν πρὸς πόσιν ἐφυλάττετο, (οὐ γὰρ ἐκ πηγῆς ἀρύε- C σθαι ἐνῆν,) ὡς ἐπύθοντο ἠνυσμένην τὴν ἐπιβουλὴν, πόλεμον πρὸς τοὺς ἐν ἀκροπόλει φρουροὺς κοινῇ πᾶσα ἡ πόλις ἀναιροῦνται. καὶ ἐκπολιορκήσαντες ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, παρεστήσαντο μάλιστα δίψῃ πιεσθέντας. δήσαντες δὲ τούς τε ἡγουμένους αὐτῶν, οἳ ἦσαν τρεῖς, καὶ τὴν φρουρὰν, ἔπεμψαν εἰς βασιλίδα. οὓς καὶ ἀτιμάσαντες οἱ ἐν Βυζαντίῳ καὶ πᾶν εἶδος ἐπιδειξάμενοι ἐρεσχελίας, εἶχον ἐν δεσμωτηρίῳ. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν πολλὴν ἐνεδείκνυντο ἀγνωμοσύνην, οὐδεμιᾶς ὕβρεως φειδόμενοι. εἰς

rasset vehementius, diluculo flumen conglaciare incipiens, intra breve tempus totum frigore constitit. Neque tamen adeo firma ac densa erat glacies, ut portare equitem posset, nec consuetis actuariolis transitum praebebat: sed ad istuc durior, ad equos vero sustinendos fragilior apparebat; quae res multam transeundi dubitationem habebat. Per dies itaque duodenos imperator ibi in stativis mansit, exspectans, si quo modo daretur Hebrum transmittere. In his Adrianopolim Byzantio supervenientes sexcenti milites rem disturbarunt. At Pamphili, quoniam pincerna cum copiis non aderat, prae quibus oppidani quippiam novi tentare metuebant, prius quibusdam e praesidio pecunia numerata corruptis et eo perpulsis, ut vasa clam evacuarent, in quibus aquam et vinum et si quid aliud potabile servabant, (non enim ex puteo haurire licebat,) postquam sibi insidias bene cecidisse audierunt, custodes arcis simul tota urbs oppugnat, expugnatosque et intoleranda siti oppressos, ad deditionem adigit: ac tres eorum duces vinctos, cum toto praesidio ad Augustam Byzantium mittit; quos Byzantii contumeliose tractatos et omnibus dicteriis laceratos, in carcerem dederunt. In imperatorem quoque Cantacuzenum se improbe gesserunt, a nulla ver-

τοσοῦτον δὲ προῆλθον ἀτοπίας, ὥστε εἴ ποτε καὶ βασιλεὺς A. C. 1341
ὁ νέος Ἰωάννης προΐοι τῶν βασιλείων ῥαστώνης εἵνεκα, (οὐ D
γὰρ δὴ αὐτῷ τι τῶν κοινῶν ἐπράττετο διὰ τὸ τῆς ἡλικίας πάνυ ἀτελές· ἐννέα γὰρ ἦν ἔτη γεγονὼς τελευτῶντος τοῦ πατρός,) ὑπὸ τῶν τὰ πράγματα ἐχόντων προπεμπόμενοί τινες, τὸν δῆμον διηρέθιζον, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ὥστε διιόντος πολλὰς Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως καταχέειν λοιδορίας καὶ ὡς μάλιστα ἀσέμνους. καὶ τοῦτο ἦσαν ὥς τι δῶρον τῶν ἡδέων προσάγοντες τῷ νέῳ βασιλεῖ. σκοπὸς δὲ ἦν αὐτοῖς τῶν ὕβρεων οὐδὲν μὲν ἧττον, ὥστε καὶ τὸν δῆμον εἰς πλείονα ἐμβάλλειν φόβον, ὡς εἰ περιγένοιτο ὁ βασιλεὺς πικρῶς ἀμυνούμενος διὰ τὰς ὕβρεις· ὃ καὶ κατὰ σκοπὸν ἐξέβαινεν αὐτοῖς. πάντες γὰρ οἱ δῆμοι ὅσῳ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο, τοσοῦτον ἐδεδίεσαν. ἐκ τούτου δὲ ἀσύμβατοί τε ἦσαν πρὸς ἐκεῖνον καὶ μᾶλλον ἐξε- V. 363
μαίνοντο διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως πονηρὰν ἐλπίδα. ἄλλως P. 450
θ' ὅπως καὶ πᾶσιν ὑπόνοιαν παρέχωσιν, ὡς, εἰ μὴ διέφθαρτο ἐκεῖνος καὶ ἐξησθένηκε παντάπασιν, οὐκ ἂν οὕτω κατεφρόνουν. οὐδὲν οὖν ἧττον καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τὸ ὑβρίζειν αὐτοῖς ἐπετηδεύετο· μάλιστα δὲ ἵν' ἐκεῖνος πυνθανόμενος, ἀπαγορεύῃ τὴν εἰρήνην, νομίζων κατὰ γνώμην τὰ τοιαῦτα πράττεσθαι τῇ βασιλίδι. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς οὕτω δεινὸν ἐφαίνετο τῶν πρὸς τὸν πόλεμον, ὅσον ἄγειν κίνδυνον ἡ εἰρήνη ἐνομίζετο. διὸ καὶ πάντα ἐπενόουν καὶ ἐμηχανῶντο, ὥστε μὴ γενέσθαι.

1. ὡς P. 13. ἐδίεσαν P. 14. τε add. M.

borum petulantia temperantes, eoque stoliditatis progressi sunt, ut, si quando Ioannes imperator adolescens e palatio ad animi oblectamentum quopiam prodiret, (ob aetatem siquidem immaturam publicae rei nihil attingebat, quando patre moriente non plus novem annos natus erat,) praemissi quidam ab iis, qui ad clavum sedebant, feminas iuxta ac viros incitabant, ut eo transeunte complura longeque turpissima in Cantacuzenum maledicta evomerent. Et hoc tamquam iucundum munus imperatori puero offerebant. In hisce porro contumeliis etiam hoc sibi volebant, ut populo maiorem timorem ingenerarent, Cantacuzenum, si vinceret, atrociter iniurias persecuturum, id quod illis ex sententia evenit. Omnis namque populus, quo magis insaniebat, hoc amplius metuebat, et cum sibi condignam mercedem repensum iri formidaret, audacius furebat et a reconciliatione magis abhorrebat, nisi ille viribus omnino destitutus ac perditus esset, non se ita eum contempturos. Et cum nihilominus his de causis studerent eum cumulare iniuriis, maxime tamen id faciebant, ut his intellectis, pacem desperaret, ea imperatrice conscia et libente fieri opinatus. Etenim nihil ad bellum requisitum tam durum, quam pacem istam periculosam constituebant. Quare ad eam impediendam excogitabant machinabanturque omnia. Ve-

A. C. 1341 ἐπὶ τῆς βασιλίδος μέντοι οὐκ ἀσέμνως οὕτως ἐλοιδοροῦντο, (ὀργῇ γὰρ πρὸς τοὺς οὕτως ἀσελγαίνοντας ἐφέρετο,) ἀλλ'
B ἠρῶντο μόνον τὰ δεινότατα καὶ πολλὴν κατεψηφίζοντο σκαιότητα καὶ πονηρίαν τρόπων, ὅτι τοσούτων παρὰ βασιλέως ἀπολελαυκὼς καὶ οὕτω φιληθεὶς, ἀχάριστος ἐκ διαμέτρου καὶ κακὸς περὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας ὤπται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ἠκολάσταινον περὶ τὴν γλῶτταν· καὶ ὁ πατριάρχης ὀλίγα ἢ οὐδὲν φροντίζων τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, αὐτόν τε βασιλέα, μηδεμίαν πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρεσχημένον, ἀλλὰ καὶ πολλὰ πολλάκις δεηθέντα διαλύσασθαι, ἀφορισμῷ ὑπέβαλεν, ὡς κακὸν ὀφθέντα περὶ βασιλίδα, καὶ εἴ τις αὐτῷ συνείη· βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς οὐ μόνον αὐτὸς τἀναντιώτατα
C ἐφαίνετο ποιῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνόντας ἀναπείθων. οὐ γὰρ μόνον βασιλίδα, εἴποτε ἔδει μνημονεύειν, διὰ πάσης εὐφημίας ἦγεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων μᾶλλον, ἢ τῶν ὀνομάτων προσηγόρευε, τῶν ἐξ Ἀνδρονίκου μέντοι τοῦ βασιλέως ἑκάστῳ δεδωρημένων, ἐπεὶ τῶν ὕστερον, ὡς παρὰ δίκην γεγενημένων, τὰ πολλὰ ἀπέστεργε. τῶν συνόντων δὲ ἐπ' αὐτοῦ τινος τὸν παρακοιμώμενον καὶ ἕτερόν τινα τῶν ἐν Βυζαντίῳ ὑβρίσαντος αἰσχρῶς, ἐκέλευσε τυπτηθῆναι, γυναιξὶ φάμενος πορνευομέναις προσήκειν τὰ τοιαῦτα, ἀνδράσι δὲ τὸ μάχεσθαι.

D λα'. Πρὸς μέντοι τὸν ἔπαρχον τὸν Μονομάχον ἐπιτρο-

10. διαλύσεσθαι P.

rumtamen coram imperatrice verecundius conviciabantur, quod illa sermonis proterviam ferret aegerrime; sed tantum severissime accusabant singularisque illum stuporis et perversitatis condemnabant, quod summis ab imperatore demortuo beneficiis ornatus et tantopere dilectus, ex diametro ingratus et erga eius liberos malevolus exstitisset. Atque illi quidem linguas ita liberas habebant; et patriarcha, legum ecclesiasticarum securus, ipsum Cantacuzenum, qui bellum minime excitarat, sed multum ac saepe pacem expetiverat, anathemati cum sequacibus subiecit, quasi in imperatricem se nequam praestitisset; cum tamen non ipse solum prorsus contrarium faceret, sed et suos ad idem cohortaretur. Nec vero illam dumtaxat, si quando eius erat habenda mentio, perhonorifice, verum alios non tam propriis eorum nominibus appellitabat, quam a dignitatibus, quas gerebant, modo ab Andronico imperatore ipsis tributae essent; nam quae postea facta erant, eorum maximam partem non probabat. Et cum quidam de suis coram ipso Apocauchum, cubiculi sacri praefectum, et alium quendam Byzantium turpi convicio incessisset, eum praecepit vapulare dixitque, mulieribus meretricibus levitatem huiuscemodi convenire, viros pugnam decere.

31. Ceterum ad Thessaliae praetorem Monomachum et proto-

πεύοντα Θεσσαλίας καὶ Συναδηνὸν τὸν πρωτοστράτορα Θεσ- A. C. 1341
σαλονίκης τότε ἄρχοντα καὶ Συργὴν Ντελενουζίαν τὸν βασι-
λέως Ἀνδρονίκου ἀνεψιὸν, τὸν Κύπρου ῥηγὸς υἱὸν, Φερῶν
καὶ αὐτὸν ἄρχοντα, οὗ καὶ τὴν θυγατέρα, τοῦ βασιλέως Ἀν- P. 451
δρονίκου περιόντος ἔτι, τῷ υἱῷ Μανουὴλ ὁ τότε μέγας δομέ-
στικος κατηγγύησε, πρεσβείαν πέπομφεν ὁ βασιλεὺς, αἰτίας
ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀπολύων, ὡς οὐκ ἀπὸ γνώμης
ἐπιβούλου καὶ πονηρᾶς, οὐδ' ἐπιθυμίᾳ τιμῆς βασιλικῆς τὰ
τοιαῦτα νεωτερισθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν Βυζαντίῳ πόλεμον
ἀκήρυκτον ἐξενεγκόντων κατ' αὐτοῦ, καὶ ἄκων εἰς ταῦτα ἐξε-
νηνεγμένος· ὅθεν καὶ τῶν πραγμάτων ἐπειγόντων, καὶ πρὶν
αὐτοῖς κοινώσασθαι τὴν γνώμην, ἃ αὐτῷ τε καὶ πᾶσι τοῖς
συνοῦσι λυσιτελεῖν ἐδόκει καταπεπρᾶχθαι. ἠξίου τε μὴ διὰ V. 364
τὰ τοιαῦτα δυσχεραίνειν ὡς περιοφθέντας, ἀλλ' εἴ τι καὶ B
τῶν μὴ δεόντων γένοιτο, ἀνάγκῃ τῶν πραγμάτων προσλογί-
ζεσθαι. ἔπαρχος μὲν οὖν οὔτε τὴν πρεσβείαν προσεδέξατο,
οὔτ' εὐθὺς πρὸς πόλεμον ἐκινήθη, ἀλλὰ τὴν κοινωνίαν μόνον
ἀπηγόρευεν. ὁμοίως δὲ καὶ πρωτοστράτωρ πολλὴν τοῦ βα-
σιλέως ἀμνημοσύνην τῶν φίλων κατηγόρει, ὅτι δὴ αὐτὸν
πολλὴν τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἀπόδειξιν ἐπι-
δεδειγμένον, ὥς τινα τῶν πολλῶν ὀλίγον διαφέροντα περιεῖδε,
καὶ ταῦτα τοιούτοις μέλλων ἐγχειρεῖν. οὐδὲν μέντοι δεινὸν
εἴργαστο τὸν πρεσβευτὴν, ἀλλ' ἐκέλευεν αὖθις ἀναστρέφειν
πρὸς τὸν πέμψαντα. Συργὴς δὲ εἴτε καὶ ἐκ προφάσεώς τινος

stratorem Synadenum, Thessalonicae tum praefectum, et Syrgem Nteleuziam, imperatoris Andronici consobrinum, Cypriorum regis filium, Pherarum et ipsum praefectum, cuius etiam filiam, superstite adhuc imperatore, Manueli filio magnus tum domesticus desponderat, legatos imperator misit, culpam factorum a se removens, ista scilicet non insidiose et maligna mente, nec cupiditate maiestatis imperatoriae molitum, sed propter Byzantinos, bellum non ante denuntiatum sibi inferentes, huc se compulsum, et rebus ita postulantibus, antequam cum ipsis posset communicare consilium, quae visa essent sibi et sociis omnibus conducere, confecta esse; orabatque, ne idcirco quasi despecti indignarentur, sed si quid factum, quod factum non oportuisset, rerum necessitati adscriberent. Praetor igitur nec legationem admisit, nec ad bellum prorupit; sed communionem tantummodo recusavit. Perinde protostrator imperatorem ut amicorum valde immemorem insimulabat, quod nimirum se, qui tam multis annis tantam ei benevolentiam navasset, ut quempiam paene vulgarem ac plebeium contempsisset, idque cum rem tam arduam meditaretur; nihil tamen legato fecit mali, nisi quod mox ad dominum suum reverti iussit. At Syrges sive ex an-

A.C. 1341 ἀρχαιοτέρας μηνίων, εἴτε καὶ τότε πρῶτον ἐκ τοῦ παρεω-
C ρᾶσθαι ὑπωπτευκέναι πρὸς ὀργὴν ἐξήγετο, τούς τε λόγους τῆς πρεσβείας ὡς ἔχοντας οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλ' ἀπάτῃ συνεσκευασμένους, ἀπεπέμπετο, φάσκων ὡς, εἰ καὶ παρ' ἐκείνῳ τῶν μηδενὸς ἀξίων ἐνομίσθη, ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῖς ἔργοις ποιήσειν καταφανὲς, ὡς τούς τε φίλους ὠφελεῖν καὶ τοὺς πολεμίους βλάπτειν δύναιτο τὰ μέγιστα· καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς τὸ δεσμωτήριον εἰσῆγεν. οἳ Δημήτριός τε ἦσαν ὁ Κασανδρηνὸς καὶ Λάσκαρις, ὃς ἦν μέγας χαρτουλάριος τὴν ἀξίαν. ὄντος δὲ ἐν Φεραῖς οὐ βοσκημάτων μόνον πλήθους Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ πυῤῥῶν καὶ καρπῶν τῶν ἄλλων, διὰ τὸ
D μεγάλας καὶ πλείστας κτήσεις μᾶλλον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐνταυθοῖ κεκτῆσθαι, πάντα ἐποιεῖτο ἴδια εὐθύς· δι' ἃ καὶ μᾶλλον ὑπωπτεύθη τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ᾑρῆσθαι, συνιδὼν, ὡς ἔοικεν, ὡς ἐκ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς ἐκεῖνον μείζω δύναιτο καρποῦσθαι, ἢ τῆς ὁμονοίας, εἴγε καὶ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων ἀπολαύοι παρ' αὐτῷ τιμῶν. οὐ μόνον γὰρ ἐκείνων τοσούτων ὄντων κύριος ἦν εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους διηρεύνα, οἳ ἦσαν ἐν Φεραῖς πολλοί. καὶ πάντων τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενος, ἐκόλαζεν ἀπανθρώπως. ἦν γὰρ δὴ πρὸς τοῦτο πρότερόν τε ἔχων μάλιστα ἐπιῤῥεπῶς καὶ τότε μάλιστα ἐφιλονείκησε μηδεμίαν ὠμότητος ὑπερβολὴν ἀπολιπεῖν. πολλῷ γὰρ τῷ μέτρῳ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ παρήλασεν ἐν

9. Λάσκαρ P.

tiquiore quadam causa succensens, sive tum primum, quod se contemptum suspicaretur, excandescens, et verba legatorum ut nihil sincerum continentia, sed dolose conficta, reiecit, addens, etsi a Cantacuzeno inter homines trioboli esset numeratus, tamen re ipsa declaraturum, se cum amicis prodesse, tum inimicis obesse posse quamplurimum, et legatos in carcerem inclusit: Demetrium nempe Casandrenum et Lascarim, magnum chartularium. Cumque Cantacuzenus Pheris haberet non solum pecoris, sed et tritici aliarumque frugum ingentem numerum, propterea quod ampliores ac plures ei hic, quam apud urbes alias possessiones erant, omnia statim ad se avertit: quo firmior suspicio fuit, armis imperatorem appetiturum; quod sciret (ut est credibile) maiores ex dissidio cum illo, quam ex concordia fructus sese percepturum, quantumvis primis ab eo amplissimisque honoribus augeretur. Nec ex his solum tam opulentus subito evadebat: sed insuper amicos eius, qui permulti Pheras incolebant, scrutabatur bonisque omnibus nudatos immaniter puniebat. Et cum antea ad hoc esset propensissimus, tum praesertim nihil ad crudelitatem reliqui facere contendebat et Byzantinos longo intervallo superabat in omnibus, si verborum contumelias excipias: in

πᾶσι, πλὴν τῆς ὕβρεως· ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ σωφρονοῦντα A.C. 1341
ἑαυτὸν παρέσχετο. τήν τε μνηστείαν τῆς θυγατρὸς, ἣν πρό- P.452
τερον πρὸς τὸν βασιλέως υἱὸν πεποίητο, διέλυσε. τότε μὲν
οὖν χειμῶνος ἐξαισίου ἐπιγενομένου, ἥ τε ἐκ Βυζαντίου καὶ
ἡ ἐκ Διδυμοτείχου στρατιὰ ἡσύχαζον, μὴ δυνάμενοι ἀλλή-
λοις ἀντεπεξιέναι διὰ τὸν χειμῶνα. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ πρω-
τοστράτωρ ἐκ Θεσσαλονίκης, ὅτι τὴν βασιλέως ἀπείπατο πρε-
σβείαν, μεταμεληθεὶς, τῶν οἰκειοτάτων πέμψας τινὰ, κρύφα
διελέγετο ὡς Θεσσαλονίκην παραδώσων. εἶναι γὰρ αὐτῷ τοὺς
συμπράττοντας ἐκεῖ πολλούς. συνεβούλευέ τε μὴ μέλλειν, ἀλλ'
ἅμα ἦρι ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς πολλῆς αὐτῷ ὠφελείας ἐσο-
μένης ἐξ ἐκείνου. ὁμοίως δὲ καὶ Χρέλης, ὃς ἦν πρότερον B
πρὸς Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα ηὐτομοληκὼς ἐκ Τριβαλῶν,
στρατιώτας τε ἔχων χιλίους καὶ πόλεις τρεῖς παραδεδωκὼς,
ἃς Ῥωμαίων οὔσας ὑπηκόους κατὰ τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν
Ἀνδρονίκων βασιλέων πόλεμον κατέσχον οἱ Τριβαλοὶ, τῶν
κατεχόντων Ῥωμαίων παραδόντων· οὗτος δὴ οὖν ὁ Χρέλης
χρήμασί τε ἐῤῥωμένος καὶ στρατιὰν ἔχων ἀξιόλογον ὑφ' ἑαυ-
τῷ καὶ πρότερον βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐς τὰ μάλιστα
φίλος ὢν, (δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἀνδρονίκῳ προσῆλθε τῷ βασι-
λεῖ,) πέμψας καὶ αὐτὸς, ὅτι τε αἱροῖτο ἐδήλου τὰ ἐκείνου,
καὶ παρῄνει καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἑσπέραν μᾶλλον τρέπε-
σθαι, ὡς οὐ φαύλης τινὸς αὐτόθεν ἐσομένης ὠφελείας. βα- C
σιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, ἐπεὶ ἔαρος ὥρα ἤδη ἦν, ἐκκλη- A.C. 1342

15. ἃς — ὑπηκόους om. P.

hoc quippe uno modestius se gerebat. Connubium autem filiae, quod prius filio imperatoris promiserat, rescidit. Tunc igitur ob inclementiam hiemis, quae Byzantio exierant et quae Didymotichi erant copiae, concurrere nequiverunt. Interim protostrator facti poenitens, quod legationem repulisset, per intimum quendam occulte urbem Thessalonicam imperatori se traditurum pollicetur: esse enim illic, qui ei faverent, quam plurimos: et monebat, ne cunctaretur, sed veris initio accederet; multum se eius rationibus commodaturum. Similiter et Chreles, qui aliquando ex Triballis ad Andronicum transfugerat, sese cum mille militibus et tribus oppidis dediderat, quae Romanis subiecta, Andronicis inter se belligerantibus, Triballi, incolis deditionem facientibus, occuparant. Hic itaque Chreles a pecunia instructus et exercitum sub se non aspernandum habens et antea imperatori Cantacuzeno amicissimus (per quem et Andronici amicitiam adeptus fuerat), misit ipse quoque significatum, se eius partes sequi, cum cohortatione, uti ad occidentem se converteret; utpote non minimos ibi utilitatis fructus inventurus. Can-

A.C. 1342 σίαν συναγαγὼν ἐκ τῶν συνόντων, πρὸς ὅ,τι χρὴ τρέπεσθαι V. 365 ἐσκέπτοντο. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ Βυζαντίου ἦσαν, τὴν εἰς Βυζάντιον μᾶλλον συνεβούλευον αἱρεῖσθαι εἰσβολὴν, ὡς ἢν κρατήσωσιν ἐκείνου, (εἶναι δὲ οὐκ ἀγεννεῖς ἐλπίδας, πολλῶν ἐκεῖ τὰ βασιλέως ᾑρημένων,) μεγάλων ἀπαλλαξόμενοι καὶ πόνων καὶ κινδύνων. οἱ δ' ἑσπέριοι τοῖς ἐκ τῆς ἑσπέρας προσέχειν ᾤοντο μᾶλλον πράγμασι δεῖν, ὡς οὐκ ἐκπεπολεμωμένοις βασιλεῖ, ἀλλὰ προσχωρήσουσι διὰ τὴν εὔνοιαν ῥᾳδίως. τὰ δ' ἐν Βυζαντίῳ μεγάλης δεῖσθαι τῆς παρασκευῆς, πολλῶν ὄντων ἐκεῖ τῶν πολεμιωτάτων βασι- D λεῖ καὶ τοὺς ἄλλους ἐναγόντων πρὸς τὸν πόλεμον. οἷς δεῖν ἐπιστρατεύειν ἐπανήκοντας ἐκ τῆς ἑσπέρας καὶ μεγάλην ἐκεῖθεν περιβεβλημένους δύναμιν. τὸ μέντοι μισθοφορικὸν τῆς στρατιᾶς καὶ ὅσοι τῶν βασιλέως ἦσαν οἰκετῶν, διεφέροντο πρὸς οὐδὲν, ἀλλ' ἕτοιμοι ἦσαν πρὸς ὅ,τι ἂν βασιλεῖ δοκῇ λυσιτελεῖν τρεψόμενοι καὶ αὐτοί. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἔφασκε δεῖν τοὺς ἐκ τῆς ἑσπέρας καλοῦντας ὄντας τηλικούτους περιορᾷν. καὶ μὴ καλούντων γὰρ, εἰ μόνον ἐλπίς τις ὑπεφαίνετο βεβαία τοῦ προσάξασθαι αὐτοὺς ἐκεῖ παραγενομένους, ἦμεν ἂν οὐδεμιᾶς ἀπηλλαγμένοι μέμψεως, εἰ τοιαύτην δύναμιν προεί- P. 453 μεθα ἑκόντες· νυνὶ δὲ, καλούντων τε αὐτῶν καὶ βεβαίαν τῶν ἐκεῖ πραγμάτων παρεχόντων τὴν παράληψιν, οὔτε λυσιτελὲς, οὔτε σῶφρον παριδεῖν· ἀλλὰ δέον καὶ τὴν ἐκείνων προσλαβόντας δύναμιν, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἄλλους. δέος

18. προσάξεσθαι P.

tacuzenus cum iam vernum tempus adesset, coacto suorum concilio, quo eundum esset, deliberabat. Byzantini omnes expeditionem Byzantinam antecapiendam decernebant: nam si ea urbe potirentur (esse autem potiundi praeclaram spem, multis ibi imperatoris partes amplectentibus,) magnis deinceps et laboribus et periculis fore liberos. Occidentales autem magis ad res occidentis incumbendum censebant, quippe haud efferatis illic in imperatorem mortalibus ac proinde ob benevolentiam non difficile ad eius imperium accessuris. Adversus Byzantinos opus fore magno apparatu, quando illic multi sint eius hostes acerbissimi, qui et alios ad arma exsuscitent: in quos ab occidente auctos potentia reversos, movere oporteret. Mercenarii et domestici imperatoris nullum discrimen faciebant, parati ire, quo ille consultum putaret: cuius haec fuit sententia. Occidentales ultro vocantes et tam multi haud negligendi sunt, qui si vel non vocarent, et solum aliquid exploratae spei subostenderetur, ad nos se adiungerent, si ibi essemus. Tanta igitur accessione virium sponte dimissa, quam vituperationem non mereremur? Nunc quoniam ipsi accersunt et certum est, nos rerum illic potituros, non habet quidquam nec utilitatis, nec prudentiae,

γὰρ, μὴ καὶ ταύτης ἀμελήσαντες, ἀντὶ συμμάχου καὶ φίλης A.C. 1342
πολεμίαν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἕξομεν." οὕτως εἰπόντος βασιλέως, καὶ οἱ ἄλλοι ἐπεψηφίζοντο, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δ' ἀνάγκῃ.

λβ'. Πρὸς μὲν οὖν Διδυμοτείχῳ βασιλίδα τὴν γυναῖκα B
κατέλιπεν ὁ βασιλεὺς ἅμα θυγατράσι τρισὶ καὶ δουκὶ Νικηφόρῳ τῷ δεσπότου παιδὶ, ᾧ Μαρίαν συνῴκησε τὴν θυγατέρα, ἀδυνάτως ἔχοντι στρατεύεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, (ἔτι γὰρ παρήμειβε τὴν παιδικὴν,) στρατιάν τε ἱππικὴν, ὅσην ᾤετο ἀρκέσειν πρὸς τὰς ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων καὶ Βυζαντίου ἐφόδους ἐσομένας. πρὸς γὰρ τοῖς ὕστερον ὀλίγῳ ἐπιγενομένοις χίλιοι ἦσαν. ὧν ἦρχον Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης καὶ ὁ Φα- C
κρασὴς Γεώργιος καὶ τρίτος ὁ τῆς αὐλῆς πριμμικήριος Παλαιολόγος ὁ Ἰωάννης, καὶ ὁ Γλαβᾶς Γεώργιος σὺν τούτοις. ἐπὶ δὲ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας οὔσης πολλῆς, ἑτέρους ἐπέστησεν ἄρχοντας ὀκτὼ, ὧν ἦρχεν ἕκαστος χιλίων τοξοτῶν. στρατηγὸν δὲ ἐπὶ πᾶσι τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην κατέλιπε τὸν Μανουήλ. πόλεων δὲ τῶν κατὰ τὴν Θρᾴκην ἁπασῶν οὐδεμία αὐτῷ προσεῖχεν, ἀλλὰ πᾶσαι πρὸς βασιλίδα συναπέστησαν, πλὴν τοῦ Ἐμπυθίου φρουρίου, ὃ αὐτῷ, περιόντος ἔτι βασιλέως, ᾠκοδόμητο αὐταῖς κρηπῖσιν. αὐτὸς δὲ τούς τε υἱοὺς ἔχων Ματθαῖον καὶ Μανουὴλ καὶ τὸν γυναικὸς ἀδελ- D
φὸν Ἀσάνην τὸν Ἰωάννην, ἔτι τε Ἄγγελον Πιγκέρνην τὸν ἀνεψιὸν, καὶ τῶν εὐγενῶν καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων οὐκ V.366

tantae opportunitati deesse: sed illorum quoque assumendae vires et sic demum alii subiugandi sunt. Timendum quippe, si eos non curaverimus, ne pro amicis et sociis hostes una cum ceteris experiamur. His et aliis pars volens, pars invita calculum adiecerunt.

32. Igitur apud Didymotichum coniugem cum tribus filiabus et Nicephorum ducem, despotae filium, (cui Mariam filiam desponderat quique per aetatem imbecillam ac puerilem tolerare militiam nondum poterat,) et turmas equestres, quot nimirum contra aliarum urbium et Byzantii impetum suffecturas credebat, reliquit. Erant autem praeter eos, qui paulo post supervenerant, equites mille: quorum duces Manuel Tarchaniota, Georgius Phracases, Ioannes Palaeologus, aulae primicerius, et Georgius Glabas. Suburbanis valde amplis praefectos octo, quorum quisque mille sagittarios regebat, et primarium omnium ducem Manuelem Asanem, uxoris fratrem, constituit. In Thracia urbes universae simul, eo neglecto, ad Augustam se aggregarunt; castellum Empythium, quod ipse adhuc vivo imperatore a fundamentis exaedificarat, in fide manebat. Ipse Matthaeum et Manuelem filios, et uxoris germanum Ioannem Asanem, nec non Angelum Pincernam consobrinum, nobiliumque et consanguineorum multos secum habens, cum numeroso et forti ex-

A.C. 1342 ὀλίγους, τὴν στρατιὰν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν οὖσαν παραλαβὼν, ἐξῆλθε Διδυμοτείχου πέμπτῃ Μαρτίου ἱσταμένου τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος. προὔπεμπέ τε ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον, τὸν δεσπότου Μιχαὴλ τοῦ δουκὸς υἱὸν, ὡς δι' αὐτοῦ τῶν δοκούντων λυσιτελεῖν τινα προπαρασκευασόμενος. ὁ δ' αὐτίκα πρὸς Συργὴν ἀφίστατο ἐν Φεραῖς, εἴτε περὶ τῆς οἰκίας δείσας, (Φεραίοις γὰρ συνῴκει,) εἴτε καὶ οἰωνισάμενος ἐκ τῆς τῶν πόλεων ἀποστασίας, ὡς οὐ κατὰ ῥοῦν βασιλέως Καντακουζηνοῦ τὰ πράγματα χωρήσει. βασιλεὺς δὲ, καίτοι τῶν πραττομένων οὐ πάνυ χρηστὰς ἐλπίδας παρεχόντων, τὴν στρατιὰν ἔχων ἐστρατοπέδευσεν ἐν Βήρᾳ.
P. 454 ἀφθονίαν δὲ ἐκεῖ τοῖς ἵπποις τοῦ τόπου παρέχοντος τροφῆς, (οὔπω γὰρ ἦν ἀπολαύειν ἀφθόνου πανταχοῦ διὰ τὴν ὥραν, ἄρτι ἀρχομένου ἔαρος,) παρέμεινεν ἡμέρας οὐ πολλάς. ἐν ταύταις δὲ τοῦ φρουρίου ἀπεπείρα, εἰ δύναιτο κατασχεῖν ὁμολογίᾳ. βίᾳ γὰρ παραστήσασθαι οὐκ ἤθελε διὰ τὸ μοναχοὺς τὸ φρούριον κατοικεῖν, συνορῶν ὡς, εἰ βίᾳ κρατηθείη, οὐδὲν ἔσται λοιπὸν, ἢ ἀνάστατον γίνεσθαι τὴν μονὴν πολέμου νόμῳ πορθουμένην. οὗ δὴ ἕνεκα οὐδὲ συντόνως ἐπολιόρκει, ἀλλὰ δόκησιν παρεῖχε μόνον, ὡς πρὸς τειχομαχίαν παρασκευαζόμενος. μοναχοὶ δὲ οἱ ἔνδον ὄντες καὶ ὁ ἄλλος
B ὅμιλος ἐξ ἀγροτῶν συνειλεγμένοι, εἴτε διὰ τὴν ἀποστασίαν δεδοικότες, (τὴν γὰρ βασιλέως πρότερον φρουρὰν καὶ τὸν ἄρχοντα, ὃν ἐπέστησεν αὐτοῖς, ἀπάτῃ κατασχόντες δεσμώτας

16. παραστήσεσθαι P.

ercitu Didymoticho egressus est tertio Nonas Maias, indictione decima, praemisso Constantino Palaeologo, Michaelis ducis despotae filio, cuius opera, quae in rem essent, praepararet; qui mox Pheris ad Syrgem defecit, sive quod domui suae timeret, (illic enim habitabat,) sive quod ex urbium defectione Cantacuzeni fortunam afflictum iri augurabatur. Imperator, tametsi ex anteacto tempore non bonae spes affulgerent, ad Beram constitit. Qui locus cum equis laetum pabulum affatim suppeditaret, non enim id ubique (ut vere adhuc recenti) suppetebat, dies ibidem non multos consumpsit, in quibus castellum tentavit, si per deditionem occupare posset: vi enim subigere propter monachos incolas nolebat. Videbat enim, si vi caperetur, lege militari monasterium quoque diruendum. Quam ob causam nec assidue obsidendo oppugnabat; sed opinionem tantum praebebat, quasi se ad muros adoriundos compararet. Monachi vero, qui intus erant, et alia turba ex agrestibus collecta, an propter defectionem trepidi, (prius namque imperatoris praesidium et praefectum ipsis datum fraude circumventos

ἔπεμψαν εἰς βασιλίδα,) εἴτε καὶ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, ἠμύ- A. C. 1342
νοντό τε καρτερώτατα ἀπὸ τῶν τειχῶν ὀχυρωτάτων ὄντων ἐκ κατασκευῆς, καὶ οὐδ᾽ ἄκροις ὠσὶ προσίεντο τοὺς περὶ συμβάσεως λόγους. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Βατάτζης Ἰωάννης ἐκ Βυζαντίου νυκτὸς διαλαθὼν, (οὐ γὰρ ἀσφαλῶς τὸ φρούριον ἐπολιορκεῖτο διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν,) ἅμα ὀλίγοις στρατιώταις εἰσελθὼν, περιεποίησέ τε τὸ φρούριον βασιλίδι καὶ βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ τὴν ἐπιχείρησιν ἀνέλπιστον ἐποίει. ἀ- C
ναστήσας τοίνυν ἐκεῖθεν τὴν στρατιὰν, εἰς τὴν Ἀναστασίου πόλιν, ἣ Περιθεώριον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου προσηγόρευτο, ἐγένετο. καὶ περιεκάθητο πολιορκῶν ἐν τέσσαρσι καὶ εἴκοσιν ἡμέραις. ἦν γὰρ δὴ καὶ πρὸς Χρέλην καὶ πρωτοστράτορα τὸν Συναδηνὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ τοὺς μηνύσοντας τὴν ἐκείνου ἄφιξιν πεπομφὼς, καὶ περιέμενε μαθεῖν, εἰ τὰ ἴσα ὥσπερ καὶ πρότερον περὶ αὐτοῦ διανοοῦνται. Βατάτζης δὲ τούς τε στρατιώτας, οὓς ἐκ Βυζαντίου ἧκεν ἔχων ἐπαγόμενος, καὶ ἐκ τῶν κατὰ τὴν Θράκην καὶ Ῥοδόπην πόλεων οὐκ ὀλίγην στρατιὰν συνειλοχὼς, οὐκ ἀξιόμαχον δὲ ὅμως πρὸς τὴν βασιλέως, D
(ἦν γὰρ δὴ ἐκ βασιλίδος καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ πράγματα ἀγόντων τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιτετραμμένος πόλεμον,) ἐφείπετο οὐκ ἐγγύθεν, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας ὁδὸν διέχων, διὰ πολλῆς ποιούμενος σπουδῆς τὸ μὴ τῇ βασιλέως στρατιᾷ περιτυχεῖν· ᾔδει γὰρ οὐ χωρὶς ζημίας ἀπαλλάξων. Περιθεωρίου δ᾽ ὑπὸ βασιλέως πολιορκουμένου ἀκριβῶς, πᾶσαν μὲν ἐκίνει μηχανὴν,

vinculisque implicitos ad imperatricem miserant, an etiam alia quadam de causa, e muris structura validissimis animosissime se defendebant, nec de compositione verbum audire sustinebant. Interea Ioannes Batatzes Byzantio noctu clam, (propter causam enim iam expressam castellum certo constanterque non oppugnabatur) cum parva manu ingressus, id sub Augustae imperium redegit et Cantacuzeno eius obtinendi spem abstulit. Moto igitur inde exercitu, Anastasiopolim (Andronicus Peritheorium appellavit) processit, quam per dies quatuor et viginti circumsidens oppugnavit. Etiam ad Chrelem et protostratorem Thessalonicam de adventu suo miserat et nosse avebat, num idem esset eorum erga se animus, qui hactenus. Batatzes porro, cui ab imperatrice rerumque rectoribus belli contra Cantacuzenum administratio commissa erat, cum militibus, quos Byzantio adducebat, et ex Thraciae ac Rodopes urbibus non modica adiuncta manu, quia se imperatori imparem cernebat, non prope, sed intervallo unius diei insequebatur, perquam sollicite cavens, ne in eius copias incideret: sciebat enim, sine clade se non evasurum. Peritheorio autem ab imperatore arcte obsesso, omnem rudentem movebat, ut cum paucis quibusdam (quia cum pluribus

A.C. 1342 ὡς ἅμα τισὶν ὀλίγοις, εἰ δύναιτο, (πλείοσι γὰρ οὐκ ἐνῆν διαλαθεῖν,) παρελευσόμενος εἰς τὴν πόλιν καὶ φυλάξων. ἤνυε δὲ οὐδὲν, βασιλέως τῆς πολιορκίας συντόνως ἐχομένου καὶ διὰ πάσης ποιουμένου φυλακῆς. μηχανήματά τε γὰρ παντο-
P. 455 δαπὰ καὶ κλίμακας πρὸς τὴν τειχομαχίαν παρεσκεύαζε. Βατάτζης δὲ οὐδενὶ τρόπῳ τοῖς πολιορκουμένοις βοηθεῖν δυνάμενος, πρὸς βασιλέα πέμψας τήν τε εὔνοιαν ὡμολόγει τὴν προτέραν, καὶ ὡς οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον, καὶ νῦν εὔνους τέ ἐστιν αὐτῷ καὶ τῶν μάλιστα φιλούντων. ἀνάγκῃ δὲ τὸν
V. 367 πόλεμον ὑπελθεῖν τοῦ μὴ παρὰ τοῖς ἄρχουσι Ῥωμαίων ὑποπτεύεσθαι. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ νῦν τὰ δοκοῦντα λυσιτελήσειν συμβουλεύειν. κήδεσθαι γὰρ οὐ Ῥωμαίων μόνον τὰ ἔσχατα ἐκ τοῦ πολέμου πεισομένων, ἀλλὰ καὶ σοῦ διὰ τὴν φιλίαν. ταῦτα δέ ἐστι· τὸν πόλεμον καταθέμενον, σπονδὰς ποιήσα-
B σθαι πρὸς βασιλίδα περὶ τῆς εἰρήνης. καὶ εἴγε κατὰ γνώμην αὐτῷ εἴη, αὐτὸν πρὸς βασιλίδα ᾗ τάχιστα δύναιτο ἀπελθόντα διαλέξεσθαι περὶ εἰρήνης. οἴεσθαι δὲ καὶ πείσειν ῥᾷστα, τὴν δύναμιν, ἣν ἔχεις, φανερὰν ποιήσαντα. ἐκείνους γὰρ τῶν λίαν οἰομένους ἀσθενεστάτων προθύμως ὡρμῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Βατάτζης τοιαῦτα ἐπρεσβεύετο. βασιλεὺς δὲ ἀσμένως τε ἐδέξατο τοὺς λόγους καὶ πρός τινα ἐκέλευε τόπον συνελθεῖν αὐτῷ, ἐν ᾧ περὶ τοῦ ᾗ χρὴ γενέσθαι τὴν εἰρήνην διαλέξονται· μηδέν τε μελλήσας, πρὸς τὸν συντεθειμένον ἦλθε τόπον τὸν Βατάτζην περιμένων. ὁ δ' εἴτ'

non licebat) clandestine in urbem eius tutandae irrumperet., Sed frustra. Nam imperator assidua obsidione instabat et omnes aditus custodia sepiebat, machinasque omnigenas et scalas ad moenia conscendenda comparabat. Batatzes cum obsessis nulla via posset succurrere, ad imperatorem mittens et pristinam benevolentiam profitetur, et aeque ut prius studiosissimum illius fore promittit: ad vitandam vero suspicionem apud Romanorum archontas se huic bello submittere debuisse. Quamobrem et nunc, quae conductura iudicet, suasurum. Nam, ut amicum, esse sollicitum, quod bellum hoc non Romanos modo, sed ipsum quoque Cantacuzenum gravissime afflicturum sit. Esse autem haec, quae suadeat. Ut positis armis foedus pacis cum imperatrice feriat et, si placeat, ipse quam primum ad eam proficiscatur, de pace cum eadem acturus: quam utique flexurus sit, si suam illi potentiam declararit; nam quod infirmissimum putarent, ideo adversarios eius ad arma provolasse. Talia Batatzes per internuntium: cuius consilium imperator libenter audivit seque certo loco convenire iussit, ubi de pacis conditionibus inter se colloquerentur; et ipse sine mora ad pactum locum venit, Batatzen exspectans, qui sive suopte nutu, sive alterius im-

αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, εἶθ' ἑτέρου συμβουλεύοντος πεισθεὶς, εἰς A.C. 1342
τὴν ὑστεραίαν ἀνεβάλλετο, τῆς μὲν εἰρήνης ὑμῶν τῶν βασι- C
λέων μάλιστα βούλεσθαι, εἰπὼν, αἰτιώτατος γενέσθαι, δεδοι-
κέναι δὲ, μὴ οὐδεμίαν ὄνησιν ἑκατέροις παρασχόμενος ἑαυτῷ
τῶν μεγίστων συμφορῶν αἰτιώτατος κατασταίη. διὸ οὐδὲ
πρὸς αὐτὸν τετολμηκέναι νῦν ἐλθεῖν. τοὺς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ
τῶν πραγμάτων ἄρχοντας, καίτοι μηδεμίαν ὑποψίας πρόφα-
σιν παρασχομένῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα πάσῃ πράτ-
τοντι σπουδῇ, καὶ αὐτοῦ ἀφεστηκότι διὰ τὸ μὴ τὴν τῶν ὄν-
των στέρησιν καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς φέρειν δύνασθαι,
ὅμως οὐδὲν πεπεικέναι ὡς πιστῷ περὶ αὐτοὺς προσέχειν, ἀλ-
λὰ πρόφασίν τινα ζητεῖν, ἐξ ἧς διαφθεροῦσιν. ὧν ἕνεκα D
οὐδ' ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ὥσπερ εἶπεν, εἰς Βυζάντιον δύνα-
σθαι ἐλθεῖν. βασιλεὺς δὲ εἰρήνης μὲν ἔφασκε καὶ μάλιστα
ἐπιθυμεῖν οὐχ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων ὠφελείας ἕνεκα,
εἰς προὖπτον δὲ κίνδυνον ἐμβάλλειν ἑαυτὸν οὐδένα ἀναγκά-
σειν, βλάπτοντα δὲ μηδένα, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, θεῷ τῷ
πάντα ἐφορῶντι ἐπιτρέψειν τὰ κατ' αὐτόν.

λγ'. Οὐ τότε δὲ μόνον περὶ τὴν διάλυσιν εὐχερὴς Καν- P. 456
τακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ὡρᾶτο, ἀλλὰ καὶ Διδυμοτείχῳ ἐνδια-
τρίβων ἔτι, μετὰ τὸ ἅπαξ καὶ δὶς πρὸς βασιλίδα πρεσβεύ-
σασθαι περὶ εἰρήνης, ἐπεὶ οὐδὲν ἐπιεικὲς περὶ τοὺς πρέσβεις
ἠγγέλλετο εἰργασμένον, πρὸς τὸν πατριάρχην κρύφα γράμ- B
ματα διεπέμπετο περὶ εἰρήνης, ἐν οἷς τῶν τε ἐπ' αὐτοῦ γε-

pulsu, adventum suum in diem posterum distulit, affirmans, velle se quidem pacis inter imperatores conciliandae promum condum esse; timere tamen, ne, cum neutri parti commodarit, sibimet maximarum calamitatum maximus auctor fiat. Idcirco ad ipsum in praesens veritum accedere. Nam qui Byzantii summae rerum praesideant, quamvis nullam suspicionis occasionem danti, immo vero quae ipsis placerent, perstudiose praestanti et ab eo deficienti, (quod fortunarum carissimorumque liberum et uxoris amissionem ferre non posset,) tamen nondum fidem habere, sed ipsius interimendi praetextum quaerere. Quocirca nec pro sequestre pacis, ut dixerit, Byzantium ire posse. Imperator pacis non tam suae, quam alienae utilitatis gratia se cupidissimum esse respondit; nihilo minus haud quemquam in discrimen praevisum adacturum, seseque neminem, quod ad ipsum attineat, laedentem, Deo omnia inspectanti fortunas suas commissurum.

33. Neque vero tunc tantummodo Cantacuzenus imperator ad pacificationem propensus ac facilis cernebatur, sed etiam Didymoticho ea per oratores ab imperatrice semel iterumque petita, postquam illis nihil pro aequo et bono factum audivit, ad patriarcham

A.C. 1342 γεγενημένων ὅρκων ἀνεμίμνησκε μεταξὺ βασιλίδος καὶ αὐτοῦ.
οὓς ἔφασκεν ἀκριβῶς αὐτὸς τηρῶν, ὑπὸ βασιλίδος παρασπον-
δούσης πολεμεῖσθαι, συκοφάνταις ἀνθρώποις καὶ διεφθορόσι
πεπεισμένης· ἔτι δὲ καὶ τῶν αὐτῷ γεγενημένων ὅρκων πρὸς
αὐτὸν, ὡς οὐ περιόψεται ὑπὸ συκοφαντῶν αὐτὸν διαβαλλό-
μενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνδείξεται σπουδὴν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἢ τἀλη-
V. 368 θέστερον εἰπεῖν, ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίου. ἃ δὴ εἰς τοὐναντίον
περιέστη, καὶ ὁ πόλεμος ἐξ ἐκείνου ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ὑφ' οὗ
C κωλύεσθαι δικαιότερος μᾶλλον ἦν. ἐδεῖτό τε μὴ τοιαῦτα γινόμε-
να περιορᾷν, ἀλλ' ἔλεον λαβόντα τῶν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων
παρὰ πάντα τοῦ δικαίου λόγον, στῆναι πρὸς τὴν συμφορὰν καὶ
τὰ πολλῷ δεινότερα ἐσόμενα κωλῦσαι, καταλύσαντα τὸν πόλεμον
καὶ διαλλακτὴν γεγενημένον βασιλίδος καὶ αὐτοῦ, ὅπερ μάλιστα
αὐτῷ προσήκειν, πατρὶ κοινῷ καὶ διδασκάλῳ δικαιοσύνης ὑπὸ
τοῦ θεοῦ κεχειροτονημένῳ. πάντως δὲ οὐδὲν ἔργον ἔσται, οὐδὲ
πολλῶν δεήσεται λόγων πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον ὀφθῆναι,
καὶ πᾶσα πρόφασις πολέμου περιαιρεθήσεται. εἰ δ' ἄρα τού-
των μηδενὸς μελήσει, μηδὲ τὴν προσήκουσαν περὶ τὴν εἰρήνην
ἐνδείξεται σπουδὴν, αὐτὸν μὲν ὀκνεῖν εἰπεῖν, πᾶσι δὲ εἶναι καὶ
D σιγήσαντος καταφανὲς, ὡς ἐκ τῶν αὐτοῦ χειρῶν τὰ ἐκχυθησό-
μενα τῶν ἀνθρώπων αἵματα θεὸς ὁ δίκαιος ἐκζητήσει κριτής.
ἠξίου τε, μὴ διὰ δειλίαν τὰ τοιαῦτα νομίζειν δεῖσθαι· τὴν

13. γεγενημένου P.

secreto litteras scripsit, cumque iuramenti inter se et imperatricem coram eo concepti admonuit, quod ipse religiose servans, ab illa foedifraga, sycophantis et pestilentibus quibusdam hominibus fidem habente, armis lacesseretur. Insuper in memoriam redigebat, quae ipse patriarcha sibi cum sacramento promisisset, non passurum calumniis opprimi, sed pro ipso, aut, ut verius dicam, pro iustitia nullam contentionem defugiturum. Quae in contrarium conversa sint, cum bellum ab eo exordium ceperit, a quo id reprimi aequius fuisset. Obsecrabat item, ne haec permitteret, sed misericordia praeter ius fasque pereuntium captus, calamitati occurreret et, quae multo adhuc atrociora impenderent, bello dissipando averteret: quodque illi, ut communi parenti ac magistro iustitiae a Deo electo, pulcherrimum esset, inter se et imperatricem concordiam instauraret. Omnino autem nihil fore negotii; neque multa illi verba ad eam facienda; sed solo adspectu arma statim revocatum iri. Sin horum nihil ei curae fuerit, nec studio, quo decet, pacem curaverit, ipsum quidem vereri dicere, quod tamen vel tacente se notum sit omnibus, effusum sanguinem de manu eius a iusto iudice Deo requirendum. Rogabat etiam, ne timore aliquo haec peti existimaret, quando eorum copias ipse multis partibus superaret; sed ideo,

γὰρ ἐκείνου στρατιὰν πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἐκείνων ὑπερέχειν· A. C. 1342
ἀλλ' ὁρῶντα τὸν πόλεμον, ὡς μεγάλων ἔσται συμφορῶν αἴ-
τιος Ῥωμαίοις, καὶ δεδοικότα τὴν ἐκεῖθεν βεβιωμένων βάσα-
νον ἀνθρώποις μηδεμίαν ὡς οἷόντε μάλιστα ἐν τοῖς προσδο-
κωμένοις κακοῖς αἰτίαν παρέχεσθαι πειρᾶσθαι. ὃν δὲ κατ'
αὐτοῦ ἐξεῖπε καὶ τῶν συνόντων ἀφορισμὸν, ἡγεῖσθαι μὲν δει-
νὸν, πῶς γὰρ οὔ; οὐδὲν δὲ εἶναι πρὸς αὐτόν. εἰ γὰρ βασι- P. 457
λέως, ὥσπερ αὐτοί φασιν, ἐπεβούλευσε τοῖς παισὶν ἐπιορκή-
σας, εἶχεν ἄν τινα πρὸς ἐκεῖνον δύναμιν τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ
τοιούτων μὲν οὐδὲν οὔτε εἴργαστο, οὔτε ἐνεθυμήθη, ἐμμένον-
τος δὲ αὐτοῦ τοῖς ἐξαρχῆς καὶ τοὺς ὅρκους τηροῦντος βεβαί-
ως, ὑπὸ φθόνου καὶ συκοφαντίας αὐτοὶ κεκινημένοι, τὴν πᾶ-
σαν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν νῦν τε ἤδη νεμομένην καὶ ἔτι μᾶλ-
λον δαπανήσουσαν ἤγειραν φλόγα, ἣν μὴ θεὸς ἄνωθεν ἐπι-
βλέψας ἵλεων κατασβέσῃ, σκοπητέον, εἰ μὴ μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ
ἐκείνῳ τὸ ἀπὸ θεοῦ χωρίζεσθαι προσήκει, τοῖς αἰτίοις τῶν
κακῶν γεγενημένοις. οὐ γὰρ ἕπεσθαι τὸ θεῖον ταῖς παραλό- B
γοις τῶν ἀρχιερέων ὁρμαῖς, Διονύσιος ὁ μέγας ἀπεφθέγξατο.
αὖθίς τε ἐδεῖτο, τά τε μέχρι νῦν τετολμημένα συνιδόντα ὡς
δεινὰ, καὶ τὰ μέλλοντα ὡς πολλῷ τῷ μέτρῳ χείρω προσδο-
κᾶται, ἥκειν πρὸς αὐτὴν καὶ διαλύειν τὰς συμφορὰς Ῥωμαί-
οις, μόνον ὄντα δυνατὸν τὰ τοιαῦτα καταπράττεσθαι. εἰ δ'
οὖν, ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἅπαν εἴργασται τὸ δέον πρός τε θεὸν

quia cum bellum hoc Romanis clades ingentes invecturum prospiciat et metuat, quam in futuro saeculo hominibus actionum suarum rationem reddendam sciat, malorum ingruentium ansam nullam, quantum maxime fieri possit, porrigere conetur. Quod autem se et suos anathemate inferis devoverit, sibi quidem horribile videri; et merito: verumtamen nihil ad se pertinere. Si enim imperatoris defuncti liberis, iureiurando violato, insidias molitus sit, ut ipsi dictitant, accusationem aliquid valere potuisse. Si autem eiusmodi nihil neque fecerit, neque cogitarit, et ab initio constituta servaverit constanterque ex iuramento se gesserit: cum ipsi invidia et obtrectatorum voculis commoti, universum Romanum imperium et nunc depascentem flammam et (nisi Deus de coelo propitius respiciens eam restinxerit) magis depasturam excitaverint, videndum, ecquid non magis ipsos, utpote malorum causas et originem, quam se a Deo secludi aequum sit. Nam divinum numen non sequi episcoporum alienas a recta ratione affectiones, praeclare dictum esse a magno Dionysio. Ad extremum petebat, ut, quandoquidem nosset, et hucusque perpetrata quam essent gravia, et multis modis graviora exspectari, Augustam adiret et aerumnis Romanorum finem imponeret; siquidem id efficere solus posset. Si detrectet, saltem se quidquid debuerit cum erga Deum, tum erga eos, qui nunc rem Ro-

A.C. 1342 ὁμοῦ καὶ πρὸς τοὺς τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἄγοντας αὐτοὺς νυνί. αὐτοὶ δ' ἂν εἰδεῖεν, εἰ χρὴ πρὸς τὴν εἰρήνην μᾶλλον, ἢ τὸν πόλεμον προθύμους παρέχειν ἑαυτοὺς, ἓν τοῦτο σαφέστατα πεπεισμένους, ὡς τῶν τε πραττομένων ὑπ' αὐτῶν εὐ- C θύνας αὐτοὶ τίσουσι παρὰ θεῷ, καὶ εἴ τι παρὰ τὸ προσῆκον, ὑπ' αὐτῶν συνελαυνόμενος εἰς ἀνάγκην, δρῴη καὶ αὐτός. τοιαῦτα μὲν τὰ βασιλέως γράμματα ἐδήλου. ἐπέμπετο δὲ διὰ μοναχοῦ τινος ἀρετῆς ἀντιποιουμένου καὶ ζήλῳ τῷ πρὸς τὰ καλὰ ἑκοντὶ τὸν κίνδυνον ὑπελθόντος. πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, οὐδὲν μὲν πρὸς τὰ γεγραμμένα ἀπεκρίνατο, τὸν μοναχὸν δὲ ἐκέλευε δεσμωτηρίῳ κατακλείειν, ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἑαλωκότων, ὥσπερ ἔργοις τὴν ἀπολογίαν πεποιημένος, ὅτι μᾶλλον τὸν πόλεμον αἱροῖτο τῆς εἰρήνης. ἡ βασιλὶς δὲ ἐκ τῶν πραττομένων συνορῶσα τόν τε D πόλεμον, ὡς πολλῶν ἔσται κακῶν αἴτιος Ῥωμαίοις, τόν τε βασιλέα Καντακουζηνὸν οὐδὲν παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρό- V.369 νον εἰργασμένον, ἐξ ὧν ἄν τις οἰήσαιτο ἀληθῆ τὰ εἰρημένα εἶναι κατ' αὐτοῦ, ἐπλήττετό τε τὴν ψυχὴν δεινῶς καὶ μετέμελεν αὐτῇ τῆς πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμῆς. ὅθεν καί ποτε, τῆς γυναικωνίτιδος συνούσης μόνης, „δοκεῖ μοι," ἔφασκεν „ἀπάτην ἠπατῆσθαι οὐ μετρίαν, τὰ οὐκ ὄντα πεισθεῖσαν περὶ Καντακουζηνοῦ. ἐξετάζουσαν γὰρ, ὅσα ἐκεῖνος παρὰ πάντα εἴργαστο τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, μηδὲν εὑρίσκειν, ᾧ πεισθείη, ὡς ἐπεβούλευε παισὶ τοῖς αὐτῆς ἐκεῖνος. αὐτὴν δὲ

6. καὶ M., κατὰ P.

manam procurent, praestitisse. Ipsos scituros, ad pacemne, an ad bellum propendere plus debeant, credentes certissimo et horum, quae fiunt, et si quid etiam ipse, ab eis coactus, contra officium peccaverit, Deo poenas persoluturos. Haec erant, quae litteris imperatoris perscribebantur; quas monachus quidam virtutis cultor, amore honesti sponte discrimini se obiectans, pertulit. Patriarcha epistola perlecta tacet: monachum, ut atrocissimi sceleris reum, in custodiam mittit, et ita facto quodammodo respondet, se bellum paci anteponere. Imperatrix e rebus praesentibus animadvertens, quam Romanis bellum istuc perniciosum accideret, et Cantacuzenum nihil adhuc designasse, unde quispiam oblatas ei criminationes veritati affines esse iudicare posset, perculsa mentem vehementer, se tam praecipitem ad arma fuisse indoluit. Hinc aliquando solis feminis praesentibus dixit, videri sibi in fraudem impulsam eamque non mediocrem, cum de Cantacuzeno falsum crediderit. Indagantem quippe se, quae toto belli tempore fecerit, nihil invenire, ex quo ipsum liberis suis insidias struxisse appareat. Et tamen se proba-

τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην οὖσαν παρι- A.C. 1343
δοῦσαν, λόγοις μηδὲν ἔχουσιν ὑγιὲς προσχεῖν, ἐξ ὧν οὐχ ἑαυ-
τὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ Ῥωμαίων βλάψειε πράγματα οὐ μέ- P. 458
τριά τινα. ἐρομένων δὲ τῶν γυναικῶν, καὶ ποία ἄν τις ἐπι-
νοηθείη θεραπεία τῶν κακῶν, βασιλέως ἐκείνου ἤδη γεγονό-
τος· ῥᾳδία, ἔφασκεν ἡ βασιλίς. Καντακουζηνὸν γὰρ, καὶ βα-
σιλέως ἔτι περιόντος, ἐσθῆτα μὲν οὐ περιβεβλῆσθαι βασιλι-
κὴν, δύναμιν δὲ ἔχειν βασιλέως. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ ἃ
ὑπὸ τὴν ἰδιωτικὴν ἐσθῆτα ἔπραττε, τὰ ἴσα νῦν καὶ τὴν βα-
σιλικὴν ἔχων πράττοι; εὐνοίας δὲ ἕνεκα τῆς πρὸς ἐμὲ καὶ
βασιλέα τὸν υἱὸν, καὶ μήπω τοῦ πολέμου κεκινημένου, τὴν
θυγατέρα Ἑλένην βασιλεῖ τῷ ἐμῷ υἱῷ συνεθέμεθα πρὸς γά-
μον ἀγαγεῖν. οὗ δὴ γεγενημένου νῦν, ὅ,τε πόλεμος καταλυ-
θήσεται ῥᾳδίως, καὶ τὰ πράγματα ὑπ' ἐκείνῳ, ὥσπερ καὶ B
πρότερον, διοικηθήσεται. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦσον
τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς διαφθαρῆναι."
αἱ μὲν οὖν τῶν γυναικῶν ἐπεψηφίσαντο τὰ εἰρημένα ὡς ὀρ-
θῶς καὶ λυσιτελῶς βεβουλευμένα. ταῖς δὲ ἐδόκει μὴ λυσι-
τελεῖν· ἅμα δὲ ἡμέρᾳ εἰς τὴν ὑστεραίαν Ἀποκαύκῳ ἐμηνύετο
τῷ παρακοιμωμένῳ τὰ εἰρημένα. ἐκεῖνος δὲ νομίσας, περὶ
τῶν ἐσχάτων αὐτοῖς τὸν κίνδυνον τὰ εἰρημένα ἄγειν, πρὸς
πατριάρχην καὶ τοὺς τῆς κατὰ βασιλέως συμμετασχόντας
ἐπιβουλῆς ἐλθὼν, „ἀπολώλαμεν" εἶπε „καὶ εἰς ἔσχατον κιν-

15. μὴ om. P.

tionis, quae ex factis evidentissima ducitur, negligentem, sermonibus maledicis aures dedisse, indeque non sibi dumtaxat, sed Romanae quoque rei publicae maiorem in modum nocuisse. Sciscitantibus feminis, ecqua medicina malis, ipso iam pro imperatore se gerente, excogitari queat, Facilis, inquit illa. Etenim Cantacuzenum etiam vivo imperatore vestem imperatoriam non induisse, potestate tamen usum imperatoria. Nihil ergo novum, si quae in privata veste gesserit, eadem nunc in imperatoria gerat. Pro eius porro in me filiumque meum imperatorem benevolentia, bello necdum excitato, filiam ipsius Helenam eidem filio meo uxorem dandam inter nos convenit. Quod ubi nunc re perfectum fuerit, bellum parvo negotio sopietur et res publica uti prius ab eodem administrabitur. Alioqui nihil obstabit, quin Romanus principatus sibimet exitio sit. Feminarum pars haec ut recte utiliterque cogitata approbare: pars alia omnia sentire. Postridie diluculo haec Apocaucho, cubiculi sacri praefecto, nuntiantur, qui extremum inde sibi sociisque periculum pertimescens, patriarchae aliorumque coniuratorum aedes concursans, Actum est, inquit, nostraque illa magna felicitas ad ultimam miseriam simul tota recidit. Augusta

A.C. 1342 δύνου ἐκ πολλῆς εὐτυχίας τὰ πράγματα ἡμῖν ἀθρόον περιέστη.
C ἡ βασιλὶς γὰρ οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁρμηθεῖσα, διαλύεσθαι πρὸς
Καντακουζηνὸν διενοήθη ἐπὶ τῷ βασιλέα τε αὐτὸν στέργειν
καὶ Ἑλένην τὴν θυγατέρα βασιλεῖ πρὸς γάμον ἁρμόζειν τῷ
υἱῷ. ἃ εἰ γένοιτο, οὐδεμία τις ὑπολέλειπται ἡμῖν ἐλπὶς τοῦ
μὴ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας καινῷ τινι τρόπῳ πανοικεσίᾳ
ἀπολέσθαι. ἴστε γὰρ αὐτοὶ, ὅσα ἡμῖν κατ' ἐκείνου κατηγόρηνται, ἃ πάντα χρὴ ἐνθυμουμένους, πᾶσαν ἐπιδείξασθαι
σπουδὴν, ὥστε μὴ μόνον γίνεσθαι σπονδὰς ἐᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸν
πόλεμον, ὡς οἷόντε, ἀνάπτειν. οὐδὲν γὰρ ἢ τοῦτο λυσιτελέστερον ἡμῖν. ἐδόκει μὲν οὖν κἀκείνοις δεινότατα τὰ βασιλίδι
D βεβουλευμένα· σκεπτομένοις δὲ, ᾗ χρὴ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν,
ἐδόκει δεῖν πρὸς βασιλίδα ἀπελθόντας καὶ ἢ ἀπάταις χρησαμένους
ἢ φοβήσαντας ἀπειλαῖς, πείθειν αὐτὴν δι' ὅρκων ἐμπεδοῦν, ὡς,
εἰ μὴ πρότερον συνεπιψηφίζοιντο καὶ αὐτοὶ, μήτε πράττειν,
μήτε βουλεύεσθαί τι περὶ τῆς πρὸς Καντακουζηνὸν εἰρήνης.
P. 459 λδ'. Οὕτω δὲ συνθέμενοι πρὸς βασιλίδα ἧκον. προσα-
V. 370 γορεύσαντες δὲ, „ἡμεῖς" εἶπον „πάντες, καὶ μάλιστα πατριάρχης, ἐν τοῖς πρώτοις ἦμεν τῶν Καντακουζηνοῦ τεταγμένοι
B φίλων, καὶ πολλῶν ἐκείνου καὶ μεγάλων ἀπηλαύσαμεν τῶν
εὐεργεσιῶν. μέχρι μὲν οὖν κἀκεῖνος εὔνους τε ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἦν καὶ τὰ δίκαια διενοεῖτο πράττειν, οὐδ' ἡμῶν οὐδεὶς οὐχ ὅτι πολεμεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἀντιφθέγγεσθαι ἐτόλμα.

8. ἐπιδείξεσθαι P.

enim, nescio unde excita, pacem cum Cantacuzeno facere in animo habet, quia et ipsum imperatorem esse pati potest et quia Helenam, eius filiam, imperatori filio nuptiis destinat coniungere. Quae si fiant, nihil spei superest, quin ex hominibus exterminati, inaudito quodam modo cum tota stirpe intereamus. Recordamini enim vobiscum, quam multorum criminum reum peregerimus. Haec omnia apud vos reputantes, intendere nervos oportet, ut non tantum foedus impediamus, sed ut bello, quantum poterimus, faces subiiciamus: quo nihil nobis utilius. Iudicarunt igitur et ceteri, imperatricem moliri tristissima. Quaerentibus autem, qua ratione periculo se eximerent, placuit imperatricem adeundam, et aut technis aut minarum terrore adhibito, eam perpellere, ut iurata promittat, de pace cum Cantacuzeno nec acturam quidquam, nec cogitaturam, nisi eorum quoque auctoritas accesserit.

34. Re sic composita, ad imperatricem gradiuntur, eaque consalutata, Nos, inquiunt, omnes et potissimum patriarcha inter Cantacuzeni amicos primum locum tenebamus, cui beneficia multa et excellentia in acceptis ferimus. Quamdiu igitur et ipse vobis imperatoribus studuit sensumque recte faciendi habuit, nemo nostrum

ἐξ ὅτου δὲ ἄδικα καὶ παράνομα διενοήθη καὶ τοῦ πολλὰ πε- A.C. 1342 φιληκότος βασιλέως κτείνειν ὥρμητο τοὺς παῖδας καὶ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἑαυτῷ περιποιεῖν, μισήσαντες τὴν γνώμην ὡς ἀπάνθρωπον καὶ πονηρὰν, πόλεμόν τε πρὸς ἐκεῖνον ἠράμεθα φανερῶς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τὰ μέγιστα αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκείους ἐκακώσαμεν. καὶ νῦν εἰς τοσοῦτον ὁμονοίας ἥκομεν, ὡς οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς αὐτὰς ἡδέ- C ως προησόμενοι πολεμοῦντες αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν. ὅτε οὖν ἡμεῖς τοσαύτην εὔνοιαν καὶ προθυμίαν πρὸς ὑμᾶς ἐνεδειξάμεθα τοὺς βασιλέας, τῶν ἀδικωτάτων ἂν εἴη, καταλιποῦσαν αὐτὴν ἡμᾶς καὶ παρ' οὐδὲν τὴν ἡμετέραν λογισαμένην σωτηρίαν, σπένδεσθαι τῷ πολεμιωτάτῳ τῆς ἰδίας ὠφελείας ἕνεκα, εἴγε καὶ ὠφέλειά τις ἕψεται ἐκ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ μὴ βλάβη δεινοτέρα ἐκ τῶν τοῦ πολέμου γενησομένων ἁπασῶν. ἃ γὰρ αὐτὴ περὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνης τῆς παρελθούσης διειλέχθης νυκτὸς, οὐδ' ἡμᾶς διέλαθεν ἐπὶ πολλῶν εἰρημένα ἀκοαῖς. ἐκεῖνον μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡς κατὰ σοῦ καὶ τῶν παίδων τὰ δεινότατα καὶ διανοούμενον καὶ ἤδη πράττοντα, ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς γνώμης πολέμιόν τε ἡγησάμεθα καὶ οὐδενὸς, τόγε εἰς ἡμᾶς D ἧκον, ἠμελήσαμεν τῶν βλάπτειν δυναμένων. εἰ δ' ἔκ τινων αἰτιῶν ἡ εἰρήνη μᾶλλον συμφέρουσα νομίζεται νυνὶ, οὐδ' ἡμεῖς ἐναντιωσόμεθα πρὸς τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν, μόνον

3. νομίσαντες M. pro μισήσαντες.

non dicam ferrum in illum corripere, sed nec verbo ei repugnare sustinuit. Ex quo autem mentem iniustam et legibus adversantem induit, et cui carissimus fuit, eius liberos trucidare Romanumque imperium sibi asserere decrevit, nos hanc eius voluntatem inhumanam sceleratamque censentes, et bellum ei vestra causa intulimus, et cum ipsum, tum genus eius ac familiares summis incommodis affecimus. Et nunc tanta est animorum nostrorum conspiratio, ut non pecunias modo, sed vitam quoque ipsam pro vobis in illum bellando cupiamus prodigere. Itaque cum usque adeo promptos propensosque in vestra causa nos exhibeamus, iniquissimum fuerit, si tu, nobis desertis et salute nostra despecta, privatum sectere compendium et cum hoste capitali foedus percutias: si tamen compendium, et non omnibus, quae e bello exsistent, gravius dispendium pacem istam comitabitur. Quae enim de pace cum ipso ineunda multis audientibus disseruisti, nec nos latent. Quare nos eum ut in te ac filios tuos teterrima parturientem et iam designantem, unanimi consensu et hostem decernimus: et quantum in nobis est, nihil, quod laedere possit, ab eo abstinebimus. Quodsi quibusdam argumentis pax in praesens videtur conducere magis, nec nos adversabimur, si tantum communi omnium nostrum iudicio et senten-

A.C. 1342 εἰ γνώμη κοινῇ πάντων ἡμῶν ἡ εἰρήνη ἐπιψηφισθείη. τὰ
γὰρ ὑπὸ πολλῶν δοκιμαζόμενα ἥκιστα ἂν ἁμαρτηθείη. εἰ
μὲν οὖν ὥσπερ ἐγνώκαμεν, αὐτή τε πείθῃ καὶ τὴν ἀξίωσιν
ἡμῶν ὡς δικαίαν παραδέχῃ, πάντ' ἂν ἔχοι ἄριστα. εἰ δ'
ἄρα ἑτέρως ἔγνωκας αὐτὴ, ἀλλ' ἡμῖν γε φράσον φανερῶς,
ἵν' ἕκαστος, ὡς ἂν μάλιστα οἷόστε ᾖ, τὴν σωτηρίαν ἐκπο-
P. 460 ρίζῃ ἑαυτῷ. πάντες δὲ οἷα πατρὶ πνευματικῷ τῷ πατριάρ-
χῃ ἣν ἔχει γνώμην ἕκαστος περὶ τὰ παρόντα ἀνεθέμεθα, ἐξ
οὗ δυνήσῃ μαθεῖν σαφέστερον τὰ καθ' ἡμᾶς." οὕτως εἰπόντας,
ἐκέλευεν εὐθὺς ὁ πατριάρχης ὑποχωρεῖν· μόνος δὲ πρὸς μό-
νην τὴν βασιλίδα ὑπολειφθεὶς, „τίς" ἔφασκε „βάσκανος δαί-
μων τοιαῦτα πέπεικε λογίζεσθαι, οὐκ ἀλυσιτελῆ μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἀδύνατα σχεδόν; τίσι δὲ χρωμένη λογισμοῖς, Καντακου-
ζηνὸν ᾠήθης φίλα σοί τε καὶ παισὶ δύνασθαί ποτε φρονήσειν;
ὃς γὰρ μήθ' ὑπὸ βασιλέως, μήτε σοῦ πρότερον μηδὲν ἀδι-
V. 371 κηθεὶς, ἀλλὰ πολλῶν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀπολαύσας ἀγαθῶν,
B πάντων ἐπιλελησμένος ἐν βραχεῖ, οὐ περὶ τῆς ἀρχῆς μόνον,
ἀλλὰ καὶ περὶ σωτηρίας ἐπεβούλευσε, πῶς ἂν εἴη δίκαιος
πιστεύεσθαι περὶ τῶν μελλόντων; καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγων πα-
ρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τῶν δοκούντων ἐφυβρίστων πρὸς
αὐτὸν γεγενημένων. οἶσθα δ', ὡς τοῖς εἰθισμένοις ἄρχειν
καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων τοιαῦτα μάλιστα οὐκ ἀνεκτά.
εἰ δ' ἄρα τοῦ χρόνου τριβομένου, ἡ πρὸς ἐκεῖνον φαίνοιτο

tia confirmetur: a multis enim approbata minime decipiunt. Ergo si quod nos sentimus, tu quoque senseris petitionique nostrae, ut iustae, locum reliqueris, florebunt omnia. Sin forte aliud statuis, nobis aperte indica, ut quisque, quam optime licebit, saluti suae prospectum eat. Omnes autem sensus nostros de praesenti rerum statu patriarchae, tamquam patri spirituali, commisimus, ex quo clarius, quid velimus, percipere poteris. Haec ubi dixerunt, patriarcha protinus alios secedere iussit, solusque apud solam imperatricem remanens: Quis tam invidus daemon, inquit, ad haec non modo infructuosa, sed factu etiam propemodum impossibilia volvenda te induxit? Quaenam rationes te movent, ut Cantacuzenum tibi ac liberis tuis unquam amicum esse posse existimes? Qui enim neque ab imperatore, neque abs te prius ulla in re offensus, sed diutissime multis bonis cumulatus, brevi omnium oblitus, non imperio solum, sed saluti etiam vestrae insidiatus est, quo pacto illi fides in futurum iure habebitur? idque cum non pauci per tempus belli in eum contumeliosi fuisse videantur. Non te autem fugit, quam iis, qui aliis imperitare et publice coli ac honorari consueverunt, huiusmodi iniuriae intolerabiles sint. Si tempore procedente pax cum illo necessaria iudicabitur, praestabit de omnium nostrum

εἰρήνη ἀναγκαία, βέλτιον ταῖς ἁπάντων χρωμένην γνώμαις A.C. 1342 πράττειν, ἃ κοινῇ δοκεῖ λυσιτελεῖν, ἢ τῶν ἄλλων ἀμελήσασαν, ἀπερισκέπτως τὰ παριστάμενα ποιεῖν. εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἀξίωσιν αὐτῶν ἐπινεύσειας καὶ αὐτὴ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον C πίστιν τινὰ παράσχοιο, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰ ὑπεσχημένα δράσεις, καὶ αὐτοί σοι πρὸς πάντα καὶ χρήμασι καὶ σώμασι προθύμως συναγωνιοῦνται, καὶ οὐδ' αὐτῆς, εἰ δέοι, τῆς φίλης φείσονται ζωῆς, ὥστε προΐεσθαι ὑπὲρ τῶν σοὶ λυσιτελούντων. ἂν δ' ἑτέρως αἴσθωνται βουλευομένην, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, ἀποκρύπτειν δὲ οὐ δίκαιον, ὡς μία πᾶσι παρέστη γνώμη καὶ ὅρκοις τὴν ὁμόνοιαν ἠσφαλίσαντο, σὲ μὲν καὶ παῖδας ἀποκτείνειν, αὐτοὺς δὲ Βυζάντιον κατέχοντας, ὅπλα Καντακουζηνῷ ἀνταίρειν μέχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ. ἂν δ' ἀδυνάτως ἔχωσι πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι, μᾶλλον αἱροῦνται Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μυσῶν βασιλεῖ δουλεύειν τὴν πόλιν παραδόντας, ἢ D τοῖς ἐκ Βενετίας ἢ Γεννούας Λατίνοις ἢ Καντακουζηνῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. ὅτε οὖν ἥ τε ἀξίωσις αὐτῶν δικαία, καὶ τὸ παριδεῖν αὐτὴν οὐ κίνδυνον σοί τε μόνον καὶ παισὶν, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ἀνάστασιν καὶ φθορὰν τὴν ἐσχάτην ἀπειλεῖ, ποῦ δίκαιον ἢ λυσιτελὲς προσδοκωμένων χάριν ἀγαθῶν, εἴγε καὶ ἔσται ὥσπερ ὑποπτεύομεν, ἐκ τῆς εἰρήνης, τὰ παρόντα καὶ φαινόμενα ἀνθαιρεῖσθαι δυσχερῆ; ἀλλ' εἴ τι πέποιθας ἐμοὶ τὰ σοὶ λυσιτελοῦντα ἐξαρχῆς τε ἠρημένῳ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον συμβουλεύοντι, τούτοις πει-

4. ἐπινεύσαις M. 7. προθύμου P.

sententia facere, quae bono sint omnibus, quam aliis non appellatis, inconsulto quod in mentem venit exsequi. Quapropter si eorum postulatis annuens, contra promissa nihil unquam te facturam fidem dederis, ipsi vicissim pro dignitate commodisque tuis et pecunias et oppositus corporum suorum et, si necesse erit, qua nil carius, animam sanguinemque suum pollicentur. Si aliud te velle cognorint, horreo dicere, quod tamen occultum haberi non debet: mens omnibus una est et sacramentem inter se dixerunt, ut te cum liberis contrucidata, Byzantium occupent et Cantacuzeno, qua valuerint virtute, resistant. Si id minus poterunt, Alexandro, Moesorum regi, urbe tradita, servire malunt, quam aut Venetos aut Genuenses Latinos aut Cantacuzenum dominos perpeti. Quia igitur iustum petunt eorumque petitionem despicere non tibi solum ac liberis tuis periculosum est, sed et toti Romanorum imperio vastitatem ac perniciem extremam minitatur, quinam iustum aut utile, quaeso, propter exspectata ex pace bona praesentia et in conspectu posita mala (si erit, ut ominamur) non refugere? Sed si quid mihi a prin-

A.C. 1342 θομένη, τῶν ἤδη περιεστηκότων ἀπαλλάττου δυσχερῶν." πρὸς
P. 461 ταῦτα ὑποπτήξασα ἡ βασιλὶς καὶ τῆς ἀπάτης ὥσπερ οὐκ αἰ-
σθομένη, ἀλλ' οἰηθεῖσα, εἰ βελτίων τοῦ πολέμου ἡ εἰρήνη
φαίνοιτο, πεισθήσεσθαι καὶ αὐτοὺς, δέχεται τὰ εἰρημένα.
αὐτίκα τε ἐκέλευον ὀμνύειν, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰ
ὑπεσχημένα πρᾶξαι. ἡ δ' ἀγνοήσασα τὴν ἐνέδραν, καὶ ὅρκους
προσετίθει τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὁ πατριάρχης εὐθὺς ἀφο-
ρισμὸν ἐπεφώνει, εἰ παραβαθείη τὰ ὀμωμοσμένα. ἐξ ἐκείνου
δὲ οὐδέποτε κατέλιπον τὴν βασιλίδα μόνην, ὥστε σχολὴν
ἄγουσαν τῶν δεόντων τι βουλεύσασθαι πρὸς ἑαυτήν· ἀλλ'
ἡμέρας μὲν αὐτοὶ συνῆσαν ἐκ διαδοχῆς ἄλλον ἄλλος διαδεχό-
B μενοι καὶ συμμεριζόμενοι τὸν χρόνον τῆς ἡμέρας. νυκτὸς
δὲ τῶν τῆς βασιλίδος οἰκετίδων ἦσαν πρὸς τοῦτο τεταγμέναι,
αἳ μισθὸν οὐ φαῦλον τῆς προδοσίας εἶχον χρυσίον παρὰ τῶν
συνωμοτῶν, ἃς ἔδει τῇ βασιλίδι συνούσας, εἴ τι φθέγξαιτο, μη-
νύειν πατριάρχῃ, ὥστε δι' ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλοις πάντα δῆ-
λα γίνεσθαι τὰ εἰρημένα. ὁ πατριάρχης γὰρ τὴν οἴκοι παν-
τάπασι διατριβὴν καταλιπὼν, βασιλείοις ἐνδιῃτᾶτο, πρόφασιν
μὲν, ὡς τῶν ἐπιβούλων καθέξων τὰς ὁρμὰς, εἴ τις βούλοιτο
νεωτερίζειν, τῇ δ' ἀληθείᾳ, βασιλίδος φύλαξ ὑπὸ τῆς συνωμο-
σίας τεταγμένος, ἵνα μὴ λαθοῦσα πράξῃ τῶν μὴ κατὰ γνώ-
C μην ὄντων τι αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν, Καντακουζηνοῦ τοῦ
βασιλέως Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντος, ἐπράττετο. ὑφ' ὃν δὲ

